

Ann. VII.

Num. V.

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

SEMEL IN MENSE PRODIT

Pretium annuae subnotationis, *ante solvendum*, est: in Italia Libellarum 4,80;
ubique extra Italiam Lib. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; M. 5; Rubl. 3; Coron. 6,25.

Inscriptiones et omne genus indicationes pretio aequissimo referuntur, quod est in commentarii operculo
Lib. 0.10 pro unoquoque centimetro quadrato.

Cuncta mittantur ad ARISTIDEM LEONORI equitem, commentarii VOX URBIS possessorem et administratorem
ROMA — Via Alessandrina, 87 — ROMA

Subnotatio fieri potest:

IN RUSSIA

Apud GEBETHNER ET WOLF Apud "KRONIKA RODZINNA", Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Rakowskie Przedmiescie, 15.

IN ANGLIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

Apud BURNS AND OATES

VARSAVIAE POLONORUM
Krakowskie Przedmiescie, 6

IN CIVITATIBUS FOEDERATIS AMERICAEE SEPTENTR.

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

LONDON W. 28, Orchard Street.

NEW YORK 52, Barclay Street.

CINCINNATI 436, Main Street.

RATISBONAE in BAVARIA

IN GERMANIA

Apud FRIDERICUM PUSTET

S. Sed. Ap. et S. Rit. Congr. Typ.

MONTREAL

1699, Rue Notre-Dame.

IN CANADA

Apud LIBRAIRIE GRANGER FRÈRES

RERUM INDEX

De Ecclesiae legibus in unum redigendis.

Gallorum in Christum convicia.

De Romanis equitibus quaestuosis pauca.

De SS. Eucharistia in arcani disciplina.

De Episcoporum origine.

Ex Batavia: De certamine poetico hoeufftiano.

Ad Franciam.

De primis Ecclesiae martyribus.

Martyrum Dioecletianeae persequotionis et Gregorii Magni in catacumbis

commemoratio.

Geographicæ notæ: Sacrarum Missionum fasti.

Ex SS. Congregationibus romanis sententiae novissimæ selectæ.

Acta Pontificia: I. Litterae in forma « brevis » de studio S. Thomae Aquinatis. -

II. Litterae apostolicae de academicis in Sacra Scriptura gradibus a « commissione

biblica » conferendis. - III. Motu proprio de ecclesiae legibus in unum redigendis.

Certamen rei biblicæ cultoribus propositum.

Diarium Vaticanum: Coram SSmo admissions. - Pontificiae elections. - Varia. -

Vita funeti viri clariores.

Annales: Iaponicum bellum. - Regalia itinera, pacis foedera. - Balcanica quies. -

Uruguayana seditio composita.

Publici per Orbem coetus legibus ferendis.

De Artium recensione Mariana in Urbe habenda.

Per Orbem.

Aenigmata.

Libri recens dono accepti.

Epistolarum commercium.

ROMAE

EX OFFICINA PACIS, PH. CUGGIANI

35, Via della Pace

MDCCCCIV

SUPELLEX AD RES DIVINAS.

Commentarii VOX URBIS administratio recto tramite suppeditat supellectilem omnem, qua tum in templis, tum in oratoriis ad res divinas uti solemus.

Mandata ad VOCIS URBIS administratorem (Romam, via Alessandrina, 87) mittantur, res praecise indicando quae quisque sibi cupit. Gratuito sumptuum aestimatio fiet.

SOCIIS MONITUM.

Sociis pluribus morem gerentes Idib. Novembr. an. MDCCCCII apud Commentarii *Vox Urbis* administratorem officium instituimus, quod de negotiis Ecclesiasticis esset; de expediendis scilicet rationibus omnibus, quae apud Romanae Ecclesiae « Congregationes » aguntur.

Itaque si quis procuratione nostra uti velit, profecto temperantiam in pretio, studium atque alacritatem in opere inveniet.

SATURIO,

Comoedia latinis versibus conscripta a clarissimo viro Joanne Baptista Francesia et per Commentarii VOX URBIS paginas vulgata, in volumen redacta est, quod apud Commentarii eiusdem administratorem venale prostat lib. 1.

IN LUDIS LITTERARUM OPTIMA TIRONIBUS SCENICE AGENDI EXERCITATIO.

PRET
In Italia: Lib.
Lib. 6,25, Doll. 1,

DE ECCLESIAE LEGI

COLLIGERE atque
scriptis, tum m
illustrium virorum
vitatis usum sempe

Primum legum c
solutum, romano iu
qui Adriani impera
Diocletianum usqu
stitutiones conqui
nes, qui codicem
catum compilavit; c
dosius iunior prim
dicem illum consti
vigit, quem Iusti
sum edidit. Quo
cuptiore atque fo
gatus est *Codex*
vulgo *Corpus iur
pus romanarum* 1
parte, aut saltem
eversionem saec.

Sed tamen ord
vulgo dicunt, « e
liumque rerum ha
datus homo dicer
incompositarum
ris huius omnino
est; quem Prince
et humanitatem p
imitati. Neque a
stinuerunt; iamq
an. MDCCXXVII
ministranda re
experimentum
PP. XVI mense
omnes protulit.

Haec de legi
dieta sunt, ut
ges, ad quas p
tificis recentes

Ecclesia eni
puritate dogma
que disciplinaa
lieis temporibus
plus minus ip
pedimenta, ad
minibus, sive a
iisque diversis
est ut leges d
tes, quamvis p
men diei poss
dere. Gregorio
tot curis civ
lectio debet u
rationalis dis

VOX URBIS

DE LITTERIS ET BONIS ARTIBUS COMMENTARIUS

PRETIIUM SUBNOTATIONIS:

In Italia: Lib. 4,80 — Ubique extra Italianam:
Lib. 6,25, Doll. 1,25, Sch. 5, M. 5, Rubl. 3, Coron. 6,25

SEMEL IN MENSE PRODIT

POSSESSOR ET ADMINISTRATOR:
ARISTIDES LEONORI, eques.
ROMAE — Via Alessandrina, 87.

DE ECCLESIAE LEGIBUS IN UNUM REDIGENDIS.

COLLIGERE atque in unum referre leges tum scriptis, tum moribus traditas, haec animo illustrium virorum maximi momenti res ad civitatis usum semper visa sunt.

Primum legum codicem, quamquam non absolutum, romano iuris perito Gregorio debemus, qui Adriani imperatoris eiusque successorum ad Diocletianum usque atque Massimianum constitutiones conquisivit. Sequutus est Hermogenes, qui codicem Hermogenianum ab ipso vocatum compilavit; deinde, an. CCCXXXVIII, Theodosius iunior primus imperatoria auctoritate codicem illum constituit, qui ad an. usque DXXIX viguit, quem Iustinianus, Triboniano curante, suum edidit. Quo quidem post annos sex completo atque fere ex integro renovato, vulgatus est *Codex ille repetitae paelectionis*, vulgo *Corpus iuris* nomine notus, hoc est corpus romanarum legum; quod omnino vel in parte, aut saltem spiritu, usque ad gallicam eversionem saec. XVIII permanxit.

Sed tamen ordinatae collectiones, seu, prout vulgo dicunt, « codificationes » civilium poenitentium rerum hae reapse evasere? Nullus cor datus homo dicere audeat, qui congeriem potius incompositarum rerum eas affirmet. Honor operis huius omnino primo Napoleoni tribuendus est; quem Principes ac civitates omnes cultum et humanitatem profitentes alius post alium sunt imitati. Neque a re tam laudabili Pontifices abstinuerunt; iamque an. MDCCXVI Pius PP. VII, an. MDCCXXVII Leo PP. XII in nonnullis administranda rei publicae partibus huiusmodi experimentum tentaverant, quod Gregorius PP. XVI mense Decembri an. MDCCXXXIV ad omnes protulit.



Haec de legibus civilibus in unum collectis dicta sunt, ut iter patefiat ad canonicas leges, ad quas propius venerandae Pii X Pontificis recentes *Motu proprio* litterae accedunt.

Ecclesia enim, non tantum de unitate atque puritate dogmatis, sed etiam de sollerti ordinata que disciplina sollicita, iam inde ab apostolicis temporibus oportunas leges tulit, licet plus minus ipsi omnis generis externa impedimenta adversarentur sive a privatis hominibus, sive a collegiis, sive denique a variis iisque diversis abusibus conlata. Quibus factum est ut leges disciplinam Ecclesiae complectentes, quamvis plures in unum redactae, non tamen dici possent propria « codificatione » gaudere. Gregorio, huius nominis Pontifici IX, etsi tot euris civilibus distracto *Decretalium* collectio debetur, in quinque libros divisa, cuius rationalis dispositio commendabilior evasit, ac

praecipuam partem corporis Iuris Canonici constituit, quod adhuc viget. Quae quidem collectio, ad normam Iustiniane codicis efficta, opera praecipue Raimundi illius de Pennafort, Maguntiaci edita anno MCCCCLXXIII, *Nova compilatio decretalium cum glossa inscripta* est. Sed tamen ne ea quidem Iuris Canonici « codificatio » proprie dicenda est:


Studium enim et forma regulas iuxta tempus aptandi per saecula ita processit, ut qui nunc apostolicae navis gubernio sedet, in catholicos omnes simul eorumque habitus et mores non intimius varios nec diversos, prout superioribus aetatibus contingebat, animadvertisens, itemque in disciplinae romanae usum universum magis ac faciliorum factum, opportunum venisse diem existimarit, Ius Canonicum reapse in unum redigendi.



Mens autem opportunitati respondet, ut scilicet legum disciplinae unitas cum dogmatis morumque doctrinae unitate perfecte consonaret. Catholicismo enim dogmati, id est universalis, catholicis, id est universalis, legum latio respondeat necesse est. Haec regia atque alta Pii X Pontificis mens; haec recentis Motu proprio vis, hic finis litteris simplicibus iisque clarissimis explanatus, prout actum solemnum itemque gravissimum decebat. Neque aliter esse poterat; decreti enim forma, quo nova aetas ecclesiasticae disciplinae legiferae consecrabitur, operis momentum, ut ita dicam, renidere oportebat, exemplumque Romae illius proferre, quae iuris universo orbi magistra exstitit superabilis nunquam.

Sed pontificium documentum hoc etiam demonstrat, legum ferendarum actionem apud Ecclesiam ad amissim sequi hominum vitam, nec unquam intercipi, quando progressus effectus item ac indicium progressionis securae atque explanatae fiat.

Quamobrem iure affirmari potest Pium PP. X opus fuisse aggressum, quod cum maximis legum latoribus eum collocet, nisi forte universitate mentis in difficillimis temporibus praे omnibus indicet. Oh videat inceptum debita corona redimitum, ad laudem plane invidendam vis illius vitalis semperque juvenis, qua Catholica Ecclesia pollet!



GALLORUM IN CHRISTUM CONVICIA.

AUGUSTISSIMIS diebus Christi passione ac tormentis consecratis, quae Gallorum gubernatores protervia in Christianum nomen exagitat, ea novas ex catholicorum oculis lacrymas elicuit. Haud enim satis fuit per omne

nefas bellum in Domini Iesu asseclas indicere aspernum; non satis religiosos sodales, qui Romanam fidem exemplis, precibus, operibus, sermonibus, puerorum institutione, scriptis tuentur, qui in omne christiana caritatis opus vitam insumunt, suis ex finibus prohibere, sed iam Christi ipsam imaginem ex aulis iustitiae de pelli barbara lege decreverunt, ita ut aeterni iudicis iam deficiat magistratum ex oculis imago, neque iam innotescat cuiusnam nomine et auctoritate regatur Gallorum societas, iuraque hominum firmentur, proferantur sententiae, de creta evulgentur.

Verum tamen neque hoc impiis hominibus sat esse visum est; quinimo hanc ut legem exequenter eam diligere ausi sunt diem, qua, uti diximus, ipso in Crucis ligno defixus suam pro nobis omnibus Redemptor effudit vitam.

Quibus positis nescio quo pacto de novissima Pii X oratione Gallorum consules querantur. Illius enim, cui munus supremum totius Ecclesiae tuerit, traditum est atque vindicandae iustitiae, nonne erat inviolabile officium in perpetrata criminis altius vocem efferendi altiusque eorum innocentiam confirmandi, qui de re christiana atque de republica optime meriti, non aliter ac latronum sociates electi patriae e finibus fuerint? Hisce enim cautelis, hisce legibus, eque aliud Gallicum gubernium exoptat nisi ut iuvenes et adolescentes ipsique pueri religionis documentis omnino expertes adolescent? Eque aliud persequuntur, quam regnum firmare iniurias, atque summa ope eniti ut tollant Ecclesiam Dei, cuius iam primigeniam esse natam gentem de se Gallia gloriabatur?

Iamque maiores gentis clarissimae haec tri stia lugentes audire nobis videmur, a Chlodoveo rege ad Carolum Magnum, et Aloisium sanctum et Aurelianensem puellam... Faxit Deus ut eorum precibus benigne annuens caelestem iram a Gallica natione avertat, eiusque cives omnes, suis cognitis erroribus, ad ipsius Patris misericordis complexum recurrent, qui nullum unquam filium in poenitentiam mutant a se reiecit.

DE ROMANIS EQUITIBUS QUAESTUOSIS

PAUCA.

IN romana republica, si altius perspicere volemus, Aesopianam fabulam profecto videamus, quando

Vacca, Capella, et patiens Ovis iniuriae Foedus fecere cum Leone in saltibus.

Senatorio ordini consulatus, proconsulatus, magistratum supremi honores, pontificales ple-

raeque dignitates et munera; equestri cetera quae lnerum darent gerentibus, ut vectigalia, portoria, census, tributa colligenda. Quid plebi restabat? Officium profundendi pro patria, patriciis equitibusque vitam cum sanguine, alieni aeris adeundi quoties premeretur inopia, vendendi quae reliqua erant in miserrimis dominibus, denique una cum uxore, cum liberis in alterius potestatem necessitas transeundi, et si plures essent, quibus deberet pecunias, discerpenda, secunda, dividenda iis corpora daret.

Adversus intolerabiles conditiones hasee plebs oppressa surrexit, et pluribus antea tumultibus concitatis denique in Montem Sacrum secessit, patricios et equites orbos in orba et solitaria urbe relictura; quapropter tribunos plebis pri-
mum, qui plebem supra auctoritate tuerentur in Senatu, mox communes cum patriciis honores, deligne matrimonia vindicavit, legemque agrariam postulavit. At haec dum geruntur, et fortasse turbulentius geruntur modo Graecanis seditionibus, modo Cinnanis et Sullanis tumultibus, modo civilibus bellis inter Pompeium et Caesarem conflatis, postea inter Octavianum Caesarem et Brutum Cassiumque productis, — nam vera causa cineri doloso supposita nominibus tantummodo quaesitis arte latebat, — Romani equites in lueru sua ineumbabant vigilansissimi, nec quidquam intentatum domi militiaeque, Romae et in exteris civitatibus relinquebant, quibus ipsi auro, opibus, rerum pretiosissimarum copia augerentur.

Hinc in immensum fere divitiis creverunt, atque eo processerunt, ut hodie vix ereditaria credamus, quae tune fere communia fuere.

Rei exemplar est romanus eques Caius Rabirius Posthumus, qui neque maximus, neque princeps in equestri ordine habendus est, itemque nec ultimus, sed auream inter equites medioritatem tenens; non enim

*Sedilibus... magnis in primis eques
Othonem contemptu*

sedebat. Si autem talis hic, quid de T. Pomponio Attico, quem ditissimum seimus, qui plurima centena HS milia dono dabat amicis, qui tritici sex medimnos, scilicet, modios totidem virgitim singulis Atheniensibus distribuebat, qui alieno aere Athenas gravatas saepe suis opibus levabat, atque ita levabat ut usuram nunquam ab iis acceperit? Quem putas, o lector, fuisse Moeenatem, aequum regibus potentissimis, cuius nutu, consilio, sententia omnia, imperante Augusto, administrabantur?

Exemplum ergo acceptabile cuique sumimus; nam extrema cavemus, et a maximo et minimo pariter paene distamus. Huius ergo referemus pauca, quinimo, ut inde quisque arguat, prout videbuntur ad rem.

Ineunte ante Christum saeculo pecuniosus eques Romae degebat Caius Curtius, qui excellere et emicare prae ceteris aestimabatur, et hie ante diem aetati debitum vita decedens nasciturum filium avunculo commendavit, uti tueretur et excoleret iis praesertim artibus, quibus ipse moriens et cognatus opes multas congesserant. Nascens apud avunculum Caius Rabirius appellatus est; eo quod autem post funera patris natus esset, Posthumus est cognomine nuncupatus. Hie autem ita paternae spei,

ita avunculi disciplinis respondit, ut agendi compos factus adolescens tales ab exordio se praestiterit, qualem postea cognitum cives sui iudicarunt. Privatis enim clientibusque mutuum dare pecunias, mutuum et municipiis, coloniis, oppidis dare, atque haec non levi foenore parabantur; nam pro singulis centenis duodecim quotannis accipientes reddebat; verumtamen, ubi saeva necessitas aeris alieni ineundi esset, prouti Brutus sibi solutum quotannis voluit, duo de quinquaginta annua pro centenis singulis mutuanti redibant. Utrum haec eadem Rabirius provocaverit ignoramus; non ignoramus autem reges interdum ad eum configuisse ut ab angustiis, plerumque impositis, foeneratoris ope sublevarentur. At usura crudeli dabatur pecunia, ita ut Cappadociae rex Ariobarzanes Pompeio mutuanti, tria et viginti libellarum centena millia (2,300,000), Bruto centena millia sex usurae causa annua persolveret. Praeter haec autem Rabirio patebant vectigalia, portoria, census, et quot sub hasta dabantur certa pecunia proposita, quae municipiis, coloniis, oppidis redderentur; ille autem qui redempta haec, interdum parvo pretio, habebat, (nam eorum homine pecuniosissimo et Romae potentissimo nemo, illo licente, contra audebat licere), facultates suas quam latissime augebat, eum genus omne debentum sua voluntate ad sanguinem usque posset torqueare. Verrem a Tullianis orationibus nosemus; Rabirium et huiusmodi reliquos facili conjectura nosemus.

Coluit inter ceteros Ptolomeus XIII (Auletes) rex Aegyptius Rabirium, ex quo magnam auri vim postulavit et, Caesare faciente, impetravit. Quum enim pererebusset sermo a Ptolomeo XII testamentum fuisse conditum, quo populus romanus haeres totius regni Aegyptii instituebatur, Auletes autem, Ptolomei nothus, regno excludebatur, Auletes hic eum Caesare pactus est, ut Senatus Populique Romani iussu paternum sibi regnum constitueretur, ipse vero Caesaris sex talentorum millia (libellarum nostrorum 36,000,000 circiter) solveret. Caesaris, Pompeii et Crassi, qui tune primum triumviratum obtinebant, auctoritate et potentia quaque Romae gerebantur; neque tanta pecuniarum aspergine siccus Pompeium et Crassum earuisse putamus; itaque et Senatus consulto et seitu populi, Caesare satagente, Auleti regnum confirmatum est. Rabirius, tanti negotii sequester et medius, dimidiata pacti auri partem illico ex proprio aerario Caesari persolvit. At insurgentibus in Auletem Aegyptiis, non enim hic, tanto alieno aere gravatus, subditos tondebat suos sed deglubebat, elam demigravit Romam ut in regnum auxilio P. R. restitueretur. Aurum ad regios fastus, ad vota auecupanda profusius dabat Rabirius, cui grave impendebat nisi Auletes in regnum rediret, fieretque facultas redendi quae accepérat. At contra respondentibus Sibyllinis libris, nihil exsticatum est, et conelatum in Ptolemaeum hunc esset, nisi Gabinius, Syriae proconsul, constituto praemio decem talentorum milium (Libell. nostr. 60,000,000) haec faciente et fideiussore Rabirio, exercitu suo Aegyptum invasisset, Auletem, prostratis rebelibus, restituisset. Ptolomeus Auletes, postquam tres aberat annos, Aegyptum et solium rursus occupat; Rabirius ad eurandas regis et regni

opes fit administer et administrator. Gabinius, ut paeta potiretur pecunia, mille Rabirio talenta praemio dat. Sua Rabirius et ceterorum ita curat, ut brevi Puteolos naves miserit pretiosis graves mereibus permagni Romae vendendas; navem insuper arecanis oneratam ponderibus, auro scilicet rudi, aureis virgis, et gemmis.

At humana in rotis sunt, et ab apice ad imum cito labuntur. Rabirius in Aegypto carceri traditur, capite fortasse plectendus; claneculum vero evadere potuit, Romam redire, ibique res suas praedicare afflietas et perditas, seque ad assem reductum, ne quid penderet iis, qui pecunias erediderant, aut saltum ut se a fide liberaret, quam iis praestiterat qui Auleti mutuum dederant, ipso suadente. At in iudicium vocatur et quia pecuniam Ptolomeo mutuum concessisset, qua rex vota sibi inter patricios emisset, et regis administer fuisse, et particeps Gabinii exstitisset. Ex his partim probari non potuerunt, partim iure facta Cicero demonstravit; equites enim nulla tenebantur lege in lueris et quaestibus erescundis.

Dictaturam ineunte demum Caesare, Rabirium videmus huic obsequentem, et in Africa frumenta pro dictatoris exercitu comparantem; haec autem anno ante Chr. XLVI, quo erga Caesarem filii Auletis adhuc tribus talentorum milibus insolitus tenebantur.

Hi Rabirii equitis Romani casus, hae vices, haec negotia, quae omnia regem potius ditissimum, rempublicam potius maximis instrumentis opibus, non medioerem civis, quamquam equitis, conditionem decuissent. Quid putamus fuisse apud equites amplioribus divitiis, celeberrimis nominibus, potentia longe maiori utentes? *Ab uno disce omnes.*

DE SS. EUCHARISTIA IN ARCANI DISCIPLINA⁽¹⁾

NOTUS est omnibus horror, quo Iulius I exceptit notitiam, Eusebianos in causa S. Athanasii, praesentibus praefecto, militibus, Ethniciis, Iudeis et Catechumenis, ausos esse mentionem facere de corpore Christi et sanguine. « Interrogationem autem — scribit Pontifex (2) — de calice et mensa factam esse coram praefecto et eius cohorte, praesentibus Ethniciis et Iudeis... Videbatur illud initio incredibile, nisi fuisse ex ipsis monumentis demonstratum. Quod nobis admirationis fuit, id etiam vobis, dilecti, fore existimo. Ut de sanguine et corpore Christi interrogatio, apud externum indicem praesentibus catechumenis, et quod indignus est, coram Ethniciis et Iudeis, qui circa christianismum suspecti et male affecti audiunt, habita sit ». Eodem tempore episcopi in Aegypto conquerebantur, quod actae essent « coram ethniciis hominibus quaestiones de Ecclesia, de calice, de mensa Domini, de sanctis sanctorum ». Concilium ipsum Alexandrinum (3) S. Athanasii hostes arguit, quod praesentibus catechumenis et gentilibus, de SS. Eucharistiae mysterio sermonem habuerint: « Nec pudet eos coram catechumenis, et quod peius est, coram ethniciis mysteria haec

(1) *In Ancor.*, n. 1.

(2) Haer. 42, ref. 6.

(3) *De Civit. Dei*.

(4) *Cfr. DE Rossi*,

(5) *Ibid.*, vol. II, p. 10.

(6) *Cap. X.*

(i. e. eucharistie) ut scriptum est: « *Et dñe dñe» (Tob. X, 12). « Nolite sancte margaritas vestras perdere, neque conciliare essent, nisi in landi nondum rurum. Unde S. Hieronimus in *Consecrationis* enim Salvatore cepisse, ut in *symbolo* surgens haec ariet: *Hoc meum est corpus*. Et alibi (2): « *Et hoc est haec et illa* ».*

Sed ad ea coegerunt de symbolis eu- operibus Patrum passim inveniuntur mysterium eue- quomodo istud posset? Eecui est symbolus ιχθυς (Iohannes 3, 1)? Iustinus (3), lit- rum: « *Ιησοῦς Χριστός* ». Iesus Christus S. Abreuius Hieronimus quod dictavit, ex variis regionibus quae latine reddidit, fuit praebuitque fonte ingentem, illibata deditque num optimum hunc aqua mixta.

Huic Abreuii coemeteriis S. Cypriani turae, quas ita Rossi (5): « His picturae callistinae cum pisce impo- mina (ΙΙΣΤΙΣ) in- sis. Neque minus eiano picturae a- nae, quibus ex- fertum panibus, bentis vini, im- tantis aquis ». Nullum igitur fuerit pars praefecti. Imo ex hae con- Eucharistiae iis sent, nonnulli s- esse insanam illi- rum conventibus stianos criminabili- bus dapibus ex- Minucium Felice suo Octavio (6) runculis fabula t. Infans farre co- adponitur ei qui-

(1) *In Ancor.*, n. 1.

(2) Haer. 42, ref. 6.

(3) *De Civit. Dei*.

(4) *Cfr. DE Rossi*,

(5) *Ibid.*, vol. II, p. 10.

(6) *Cap. X.*

nistrator. Gabinius, mille Rabirio taurius et ceterorum naves miserit prenari Romae vendonneratam ponderis virgis, et gemmis, et ab apice ad s in Aegypto car plectendus; clanc Romam redire, ibi cetas et perditas, ne quid penderet, aut saltem ut se stiterat qui Auleti lente. At in iudicium Ptolomaeo multa sibi inter pa minister fuisse, et ex his partim pro viure facta Cicero nulla tenebantur erescundis.

Caesare, Rabitem, et in Africa itu comparantem; XLVI, quo erga tribus talentorum

i casus, hae vices, egem potius ditissimis instru citis, quamquam ent. Quid putamus bus divitiis, celebria longe maiori s.

ANI DISCIPLINA⁽¹⁾

or, quo Iulius I bianos in causa aefecto, militibus, menis, ausos esse Christi et san tem – scribit Pon factam esse co rante, praesentibus tatur illud initio osis monumentis admirationis fuit, id timo. Ut de san terrogatio, apud s catechumenis, Ethnicis et Iu um suspecti et t. Eodem temerebantur, quod hominibus quae de mensa Do onciliu ipsum hostes arguit, s et gentilibus, monem habue ate chumenis, et mysteria haec

(i. e. eucharistiam) traducere. Cum oporteat, ut scriptum est « Sacramentum regis abscondere » (*Tob.* XII, 7): et ut Dominus praecepit: « Nolite sancta dare canibus, neque proiciatis margaritas vestras ante porcos » (*Matth.* VII, 6). Equidem nec pontifex, nec episcopi in Aegypto, neque concilium Alexandrinum id conquisi essent, nisi in Ecclesia consuetudo fuisset celandi nondum baptizatis eucharistiae mysterium. Unde S. Epiphanius (1), ut formulam consecrationis occultaret, scribit: « Videmus enim Salvatorem ipsum panem in manus acepisse, ut in Evangelio legitur, quod a coena surgens haec acceperit et gratias agens dixerit: Hoc meum est hoc, τοῦτό μου ἐστι τὸδε ». Et alibi (2): « Accipiens haec et illa dixit: Hoc est haec et illa ».

Sed ad ea confirmando quae diximus, pauca de symbolis eucharisticis addenda sunt, qui in operibus Patrum et monumentis per vetustis passim inveniuntur. Si enim consuetudo celandi mysterium eucharistiae in Ecclesia non fuisse, quomodo istud constanter per symbolos exprimi posset? Eecu enim ignotus ille Eucharistiae symbolus ιχθύς (piscis) formatus, ut notat Augustinus (3), literis initialibus illorum verborum: « Ιησοῦς Χριστός Θεος Υἱος Σωτήρ; i. e. Iesus Christus Dei filius Salvator ». Hinc S. Abercius Hieropolensis episcopus in epitaphio quod dictavit, exente fere saeculo II, recensitis variis regionibus a se peragratis, haec scribit, quae latine reddimus: « Fides vero ubique dux fuit praebuitque ubique eibum ιχθύν (piscem) e fonte ingentem, purum, quem prehendit virgo illibata deditque amieis perpetuo edendum, vinum optimum habens, ministrans mixtum (vimum aqua mixtum) cum pane » (4).

Huic Aberciano epigrammati respondent in coemeteriis S. Callisti et S. Lucinae duae picturae, quas ita describit clarissimus vir De Rossi (5): « His arcanis verbis atque sententiis (carmen Aberciani) par pari respondent picturae callistianae; in quibus visitur panis cum pisce impositus mensae, cui adstat foemina (ΙΗΣΤΙΣ) manibus orantis habitu expansis. Neque minus bene respondent carminis Aberciano picturae antiquissimae in cryptis Lucinae, quibus exhibetur canistrum vimineum refertum panibus, perluciente introrsus poculo rubentis vini, impositum dorso piscis vivi innatans aquis ».

Nullum igitur est dubium, quin Eucharistia fuerit pars praecipua obiecti disciplinae arcanae. Imo ex hac consuetudine celandi mysterium Eucharistiae iis qui nondum baptismata receperint, nonnulli scriptores opinati sunt, ortam esse insanam illam opinionem de Christianorum conventibus. Ecclesiae enim hostes Christianos criminabantur, quasi in suis conventibus dapibus exsecrandis vesci solerent. Audi Minucium Felicem, qui talem calumniam in suo *Octavio* (6) refert: « Iam de initiandis tirunculis fabula tam detestanda quam nota est. Infans farre coniectus, ut decipiat incertos, adponitur ei qui sacris imbuatur. Is infans a

(1) In *Ancor.*, n. 57.

(2) Haer. 42, ref. 61.

(3) *De Civit. Dei*, lib. XVIII, cap. XXIII.

(4) Cfr. DE Rossi, *Inscr. Christ.*, vol. II, p. XVII.

(5) Ibid., vol. II, p. XXIII.

(6) Cap. X.

tirunculo farris superficie quasi ad innoxios ictus provocato coecis occultisque vulneribus occiditur. Huius, proh nefas! sitienter sanguinem lambunt, huius certatum membra dispergunt, haec foederantur hostia, hac conscientia sceleris ad silentium mutuum pignorantur. Haec sacra eucaristiae omnibus tetriora ! Proferrentne haec omnia ecclesiae hostes, si Eucharistiae mysterium ipsis eset omnino notum? Ignorabant ergo Eucharistiae mysterium, illudque ignorabant, quia per arcani disciplinam continenter celabatur.

B. DI DARIO.

DE EPISCOPORUM ORIGINE.

QUEAE verba, sive in novo sive in veteri testamento ad Episcopos designandos adhuc tentur, ea plane nostram hanc inquisitionem perarduam efficiunt; nam, exempli causa, in *Actis Apostolorum* (XX, 17) legimus: « A Mileto autem (Paulus) mittens Ephesum vocavit maiores natu Ecclesiae »; at ibidem paulo post (v. 28): « Attendite vobis et universo gregi in quo vos Spiritus sanctus posuit Episcopos regere Ecclesiam Dei ». Similiter in epistola ad Titum cum scripserit Paulus ad illum (I, 5) ut presbyteros per urbes certos constitueret, paulo inferius (I, 7) episcopos eos appellat, virtutesque iis necessarias enumerat.

Eamdem incertitudinem scriptores antiquissimi praeseferunt, ut in I^o Clementis Papae epistola (XLII, 4, 5), in epistola Polycarpi ad Philippenses (v. 2) ut in Sancti Irenaei litteris ad Sanctum Victorem Papam, qui ipsos Petri successores Romanos Episcopos presbyterorum nomine appellat.

Sed Ecclesiae Patres, qui Apostolis successere, triplicem ordinem triplici verbo distinguunt: episcopos, presbyteros, diaconos. Hisce Irenaeus interpretatur Paulum (*Adv. haeres.*, III, 14^o), Tertullianus baptizandi cuius sit potestas explicat (*De baptismo*, c. XVII), atque tam pro episcopis quam pro presbyteris atque diaconis monogamiae praeceptum firmat (c. XI, *De monogamia*); eademque Clemens Alexandrinus et Origines docent (*Paedagog.*, III, 14. *De orat.*, 28). Qui autem sequuntur doctores, ad Sanctum Thomam usque, eamdem fuisse in scripturis utriusque nominis significationem concedunt (II, II^o, q. CLXXXIV, art. VI ad I^o).

Recentissimi vero scriptores in hanc plerumque sententiam convenient, presbyteros seu seniores, tum sacerdotes tum episcopos fuisse appellatos, episcopi vero nomine certos ex iis electos esse significatos, qui ceteris in unaquaque ecclesia praeescent. Etsi vero ex tunc ea inter utrumque ordinem viguerit seiunctio, quam ius divinum posuit, minus tamen eius vestigia apparebant, quum plerique sacerdotes tunc et Episcopatum simul acciperent et sacerdotium, quumque simul sacerdotes ipsi omnia munera regiminis et ordinis, quae nunc Episcopi tantum gerunt, si sacri ordinis sacramentum dempseris, adimplerent.

Ceterum inter Patres vetustissimus Ignatius Antiochenus testis est, qui rem non tantum et potestatem, sed nomina plures suis in

epistolis distinguit (1), atque iure inde Episcopus martyr primus, veluti Sacrae Hydrarchiae theologus et magister habetur. Ipse semel atque iterum inculcat suadetque fidelibus observantium et concordiam, monetque eos presbyteris esse subditos, rursus autem presbyteros subesse Episcopo, atque omnes simul ad aeternae salutis potiundam gloriam ordine servato progredi.

Quod si aequales Ignatii auctores, et qui proximi successere illis haud pari adsertione tripartitum ordinem sacrum ostendunt, causam plerumque esse oportuit eorum virtutem atque humilitatem, ut Polycarpio Smyrnensi Episcopo accidit, qui, etsi ad eum veluti ad Episcopum Ignatius scripserit, ad Philippenses ipse scribens non quasi sacerdotum dux, sed veluti primus inter pares esse videtur. Et profecto felicissima ea temestate universa Ecclesiae communitas una eademque mente simul cum presbyteris atque Episcopis vivebat, quo fiebat ut ab omnibus simul fidelibus illae scriberentur epistolae ab una ecclesia ad alteram, quas mirabundo animo hodie perlegimus. Itaque in I^o epistola S. Clementis ad Corinthios non Pontificis animo illum scrispsisse apparet, sed communis Romanae mandato, cuius nomine litterae subsignantur. At iam in ipsa epistola triplex gradus memoratur, quibus sacerdotium Hebraeorum constabat; mox vero, vix quadragesimo anno ab Antiocheni episcopi scriptis, non orientalibus tantum ecclesiis, sed et occidentalibus plurimis, in Graecia, in Galliis, Creta in insula atque in ceteris Euxini maris lititoribus Episcopi praeesse inveniuntur.

Hisce suffulta fundamentis, secundo Ecclesiae saeculo, ecclesiae ab Apostolis conditae, quas Patriarchales placuit vocari, iam flore scere videbantur Romae, Antiochiae, Alexandriae, Hierosolymae. Romanorum Pontificum primam seriem Sanctus Irenaeus in libro contra heraeas enumerat, quem secundo saeculo occidente sub Eleutherio Pontifice scripsit; Antiochenos Episcopos, Alexandrinos ipsosque Hierosolymitanos Eusebius ad secundum usque saeculum referit. Hisce enumerationibus non interruptam Episcoporum seriem proferentibus Hesippus primus, vetustissimus primi saeculi auctor, qui diuturnum iter per varias ecclesias ad investigandas Apostolorum traditionem eiusque concordiam suscepserat, divinam Episcoporum institutionem iam ipse firmabat (2). Cuius argumenti vim Sanctus praesertim Irenaeus Lugdunensis Episcopus eloquentissima oratione et tutissima arguendi ratione ostendit atque explicavit (3). Eam autem non modo Paulus ipse Apostolus iam probaverat, Titum atque Timotheum, hunc Ephesum, ille Cretam in insulam delegans ut ministerium suum prosequerentur in ecclesia, sed etiam Ignatius Antiochenus, ad Philadelphenses scribens, iisque commendans ut unitatem servarent cum episcopis, presbyteris et diaconis ab ipso Christo Iesu designatis, quos Ille immo Spiritu Sancto roboravit; de se insuper testans munus obtinuisse aperte non hominum voluntate, sed charitate Dei et Domini Iesu Christi (4).

(1) Cfr. litt. S. Ignat., II, 2: IV, 1; XIII, 1; III, 1; VII, 2 XII, 2; VIII, 1.

(2) EUSEB. *H. Ec.*, IV, 22^o.

(3) *Cont. Haeres.*, III, 8^o. *P. G.*, t. VII, col. 848, 849.

(4) S. IGNAT., *Ep. ad Phil.*, I, 1.

EX BATAVIA

De certamine poetico hoeufftiano.

Accepimus, et libenter edimus:

« Prid. Id. Martias in conventu Ordinis litterarii Academiae Regiae Disciplinarum Neder-landiae relatum fuit de XV carminibus, quae Amstelodamum missa fuerunt ut de praemio an. MDCCCLIII certarent. Victor renuntiatus fuit

Iohannes Pascoli ex Castro Sancti Mauri, qui *Paedagogium* cecinerat. Praeterea quatuor carmina laudata fuerunt, nempe: *Cornelius Gallus Parthenio*, *Duo Signa*, *De telegrapho aerocodilo ad Mareonium*, denique *ad Franciam*. Haee quoque carmina legati Hoeufftiani sumptibus edentur, si poetae veniam dederint schedulas aperiendi.

H. T. KARSTEN,
Acad. Reg. h. t. ab actis.»

Ex nostra parte autem addere possumus laudatum carmen quod inscribitur *Ad Franciam* auctorem habere FRANCISCUM XAVERIUM REUSS, sicut atque scriptorem nostrum carissimum, qui pro sua humanitate carmen idem nobis concessit ut primi vulgaremus, quemadmodum, gratias ei reddentes eique ex animo gratulantes, in hac pagina facimus.

DE PRIMIS ECCLESIAE MARTYRIBUS.

CHRISTIANAE religionis historia cum humilitatis renovatae ascensu pari gressu progreditur. Qui christiana fide populi haud gaudent, ii ferina omnino barbarie obvoluti. Humanitas vero aperit atque sternit Christianae Fidei viam, ut vicissim Fides humanitati locum parat; connubium enim utriusque ab orta primum Ecclesia enatum videmus. Romana enim Ecclesia fit, et Roma Christicolarum caput erigitur. Quae quidem coniunctio antequam arctissimo nodo obligaretur, eruentari late oportebat et Romanam Urbem et orbem Romanum universum sanguine fidelium; quum enim nova haec fides in constitutum Romanae societatis imperium, iura, errores primum bellum movit, tunc sanguine eius aperta est via salutis. Mirabilis plane res! Supremum hoc bellum quando experta est Ecclesia nondum adoleverat; atque ita factum est quod saepe etiam in hominum vita videmus, tetermis morbis adolescentiam exerueiari et paene ad mortem adduei, atque inde convalescere virtute robaram.

Tria per saecula bellum durat a Neroniano incendio et elade ad Mediolanense Constantini edictum anni CCCXIII, quo suam simul ultionem Christus signavit atque imperii salutem.

Martyres sunt huius aetatis athletae, sed eorum ex descriptis historiis per paucae authenticae superfuere. Aderant vero et notarii ab Ecclesia constituti et exceptores et spiculatores actorum et tabulariorum, sed eorum scripta, ingens moles!, plerumque perierunt.

Verum in similitudinem actorum qui superfuere, *Gesta et Passiones Martyrum* sunt ex traditione conflata. Nonnulla horum, aequalia

AD FRANCIAM

Quae te lacessit, Francia, Francia,
Delira febris? Quo ruis, impetu
Abrepta caeco, funus cheu!
Ipsa tibi paritura certum?
Quam te potentem dextera fecerat
Invicta Christi! dux ubi militum
Ac finium custos tuorum
Adfuit Ille volens volenti.
Pervolve avorum gesta nitentia:
Romam, fugatis non semel hostibus,
Petro reclusam; Bosphoroque
Ac Solymis data iura sanctis.
O te beatam, mens tibi quamdiu
Propensa Christo fidaque persistit,
Ac laeta terrestres per oras
Imperium statuisse caeli!
Tum res rivebat publica: filiis
Gaudebat uxor casta frequentibus,
Quos esse frugi disciplina,
Unguibus a teneris, docebat.
Rebus dabantur tum sua nomina:
Fraus audiebat fraus; meretricia,
Infamis ars; nec proditoris
Sacrilegosve Themis iuvabat.
Sic orta laus est: sic tua, Francia,
Antiqua virtus insuperabilis;
Quam rexit haud raro, labantem,
Dextra potens et amica Christi.
Heu! tanta Gallis gloria viluit.
Indigna priscais Gallia patribus
Succevit, audax christianum
(Quale nefas!) abolere nomen.
Audite, Franci, prima cohortibus
Christum secutis addita natio;
Audite, restros quae nepotes
Perculerint miseranda fata.
Vestrar decoro sanguine martyrum
Glebas feraces turba nefaria
Proculeat, almas execrata,
Quas subiit Chlodovaeus, undas.
Quae templa Christo, quae pia limina
Pandistis aegro cuique vel hospiti;
Quas et iuventae litteratas
Relligio posuit palaestras;

Quae sub cucullo nata volumina
Miratur orbis; quae per inhospitas
Disseminat terras sacerdos
Legiferi documenta Christi:
Haec, quae negaret laedere Vandalus,
Est ausa recors sternere Gallia,
Irata firmi si quid exstet,
Usque novas meditans ruinas.
Ubique cernis (cernis et ingemis)
Caelum coactos quaerere mitius
Francos fideles, una quorum
Culpa fuit coluisse Christum.
Errare passim cernis et agmina,
Depulsa tectis, candida virginum,
Quas aeger appellare matris
Nomine gaudet, amat sororis.
Tot orba natis, indue, Francia,
Vestem nigrantem; cladis et ultimae
Venisse tempus pertimesce,
Quale dolent trifidi Poloni.
Quo non laboras vix medicabili,
Aegrota, morbo? Vis tua languit;
Cui rara, desertos per agros,
Nascitur et ritiosa proles.
Serrile ius est, aeraque publica
Tractant Hebraei; civibus imperat
Legesque condit, quae trigona
Stemmata fert, tenebrosa secta.
Despecta iam sunt castra, tyrranicis
Foedata iussis; hinc vetus exsulat
Robur, quod infregere mores
Indociles, favor ambitusque.
Effrena regnat pompa potentium,
Irake ferrent torva suburbia;
Nec civibus mens est honestis
Una: probum probus ipse rexat.
Exsurge tandem, Francia sanior,
Concors et acris. Collige copias,
Atque arma communes in hostes
Verte, memor patriae Deique.
Dabit triumphum qui Saracenos,
Pugnante Franco, rupit acinaces,
Christus; piisque AURELIANA
Militibus praeerit PUILLA.

FRANCISCUS XAV. REUSS.

rerum quas enarrant, omni habentur fide digna: pleraque vero fictionibus et fabulis late immixta. Vera autem ut a falsis discernentur profuit maxime renovata nuper Ioannis Baptista de Rossi ope sacrae archeologiae disciplina. Ut enim martyrum gesta, passiones, et martyrum funditus quis aestimare valeat, eum profecto ante oportet haec Urbis in coemeteria descendere. Nam ut bellorum, quae in Fidei mota sunt, variae fuerunt causae, variae vicissitudines, ita eorum vestigia plenius

coemeteriorum illustratae viae ostenderunt quam quisque scriptor fecisset.

Semen divinum Christus Iesus inter homines coniecerat Verbum Dei atque Evangelium, dominum prae omnibus longe pretiosissimum. Eius autem quo erat gravius pretium, eo voluit letissima lympha irrigari illud et foecundari. Quem profecto liquorem fidelium membra derunt laniata tormentis; earum crux enutrita arbor Ecclesiae adolevit atque uberrimos late fructus edidit. Tantae vero foecundationis abditi

veluti sulci
visae sunt.
in fugam v
bem univer
lumen, radi

MARTYRUM

IN CA

PRIMI ex
fastos C
siquidem Gre
Urbe celebra
Diocletiane
rint; quin e
gorii Magni
Sapienti con
Gregorium il
dore in test
eorum sepul
lum turmas
ximam eius r

Statuta se
rio Flavioru
maximis ill
ubi tot cor
C. iv in pac
Achillei, cui
ae restituta
magnifice ori
polla, pater
tus Ecclesiad
illie denique
visus est, qui
ex loco ipso
sanctissimus
pulo redinteg

Num rei
commotionem
nos loci pros
mus, eorum
delicias ut s

GEOG

SAC

ANGLIA C
Christi
sis enim cu
haberentur
ut catholico
convivis om

Benedic
erae exped
in dies. Pa
dent sacerd
confluent. I
satis frequ
mistros adiu
rent. Mites
ad Dei viv

In Belg
strate sacer

veluti sulci, coemeteriorum cuniculi et foveae visae sunt. Ex eorum tenebris errores omnes in fugam versi, Christi crux hodie super orbem universum, quasi ingens iustitiae et pacis lumen, radiorum spicula vibrat.

MARTYRUM DIOCLETIANAE PERSEQUECTIONIS
ET GREGORII MAGNI
IN CATAUMBIS COMMEMORATIO.

PRIMI exacti mense Aprilis dies iure inter fastos Christiani nominis referri poterunt, siquidem Gregorianis sollemnibus, tanto honore in Urbe celebratis, ea sequuta sint, quae martyrum Dioctetianae persequotionis memoriam recoluerint; quin etiam, sapienti consilio, haec Gregorii Magni commemorationi finem imposuere. Sapienti consilio diximus; quis enim ignorat Gregorium illum Pontificem singulari animi ardore in testes Christianae fidei flagrasse, ad eorum sepultrae saepe saepius accessisse, fidelium turmas adduxisse, pluresque orationes maximam eius redolentes caritatem inibi habuisse?

Statuta solemnitas in suburbano coemeterio Flaviorum, sive sanctae Domitillae, in maximis illis omnium Romanis cataumbis, ubi tot corpora sanctorum etiam saeculi p. C. IV in pace requiescunt. Basilica Nerei et Achillei, cuius magna vestigia iterum detecta ac restituta recens sunt, fuerat prouti decebat magnifice ornata; illic enim vir Marianus Rampa, pater purpuratus, sacra litavit; illic cantus Ecclesiae prisci suavi concentu resonare; illic denique Gregorius ipse Magnus adstare visus est, quum homilia eius celeberrima XXVIII, ex loco ipso unde tredecim ante saecula eam sanctissimum pontifex recitavit, confertissimo populo redintegrata est.

Num rei magnificentiam, num adstantium commotionem describam? Faciat qui potest; nos loci prospectum sub lectorum oculis ponimus, eorumque menti animoque illius horae delicias ut sibi ipsi fingant relinquimus.

GEOGRAPHICAE NOTAE

Sacrarum Missionum fasti.

ANGLIA docet prima, quae tribuenda sit Christi praeconibus veneratio. Londinenis enim curio Samuel, quum colonialis coetus haberent mensae, Piolet sacerdotem rogavit, ut catholico more iis benediceret, quod, reapse, convivis omnibus adstantibus, Piolet egit.

Benedicente Deo Sudanenses Gallorum sacrae expeditiones magis magisque augmentur in dies. Pattianae ad Bani fluminis ripas sedent sacerdotes, cuius aquae in Niger flumen confluunt. In utraque ripa oppida Bambarorum satis frequentia renident, qui certatim Dei ministros adiuvere, ut suam ibi domum aedificarent. Mites sunt mores gentis, simplices atque ad Dei vivi cultum facile attrahuntur.

In Belgia terra circa Congo flumen Haustrate sacerdos novam coegerit communitatem fidei

lium, quam Sanctae Mariae Mollensis dixit. Iamque sibi condidit easam, Deo vero sacellum saeravit, quo, festis diebus, turmatim ex omni litore catechistae, qui dicuntur, cum suis neophyti ex finitimis oppidis convenient, ut saevis adsistant, quae ibi celebrantur.

At de sacrarum expeditionum augmento optimo meritus ille praesertim inceptus videtur, novissimo tempore praesertim, qui e carthaceis cuiusque nationis signiculis, epistolis appositis, nomen habet. Quorum iam usu trita congesta seges maximum late luerum Christi praeconibus in Congo fluminis locis comparavit. Oppida enim christianorum iam ex hoc lucro condita sunt nomine Sancti Lamberti et Sancti Trudonis dicata.

transmissas, praeter indulgentiam partiale biscentum dierum iam concessam iis, qui Parvum Officium SSimi Cordis Iesu a Sacrorum Rituum Congregatione recognitum et adprobatum, vel latina vel vernacula lingua, dummodo versio sit fidelis et rite probata, devoto et contrito corde quovis anni die recitaverint, atque ad mentem Romani Pontificis oraverint, omnibus pariter et singulis fidelibus ex utroque sexu, qui per solidum mensem ipsum officium integrum singulis diebus recitaverint, ac vere poenitentes et confessi ac S. Communione refecti, uno ad cuiusque eorum lubitum eligendo intra mensis ipsius spatium die publicum quodvis templum visitent, ibique pro Christianorum Principum concordia, haeresum extirpatione, peccatorum conversione ac S. Matris Ecclesiae exaltatione pias ad Deum preces effundant, Plenaria omnium peccatorum suorum Indulgentia et remissio, quae etiam animabus christifidelium, quae Deo in charitate coniunctae ab hac luce migraverint, per modum suffragii applicari possit, conceiduntur.



Prospectus basilicae SS. Nerei et Achillei in cataumbis, quum sacra celebrarentur in honorem SS. Martyrum Dioctetianae persequotionis et S. Gregorii Magni — (Tabula ad fidem expressa).

Ex Congregatione de Negotiis Ecclesiasticis extraordinariis:

— Canonicis Collegiate S. Angeli in Lizzola conceditur privilegium collaris violacei. (Ex decr. d. 14 Decembr. 1903).

— S. Dominicus declaratur patronus secundarius Ecclesiae de Latycois. (Ex decr. d. 20 Ianuarii 1904).

Ex Congregatione Sacrorum Rituum:

— Confirmatur cultus, seu declaratur casus exceptus a decretis sa. me. Urbani PP. VIII de Servis Dei Theobaldo, Archiepiscopo Viennensi, Claro Viennensi abate, Fergeolo Gratianopolitano episcopo, Bernardo Viennensi episcopo, Amadeo Lausannensi episcopo, Eldrado Novaliciensi abate, Hugone Bonaevallis abate, Ioanne Valentiniensi episcopo, Arigio Vapicensi episcopo, Cerato Gratianopolitano episcopo, Iusto Condatensi monacho, Stephano Diensi episcopo, Ismidone Diensi episcopo, Leoniano Viennensi abate, Hesychio Viennensi episcopo, Namatto Viennensi episcopo, Apro presbytero, sanctis nuncupatis. (Ex decr. d. 1 Decembr. 1903).

— Ecclesiae quae extra moenia civitatis episcopalis reperiuntur non debent celebrare octavam an-

EX SS. CONGREGATIONIBUS ROMANIS
SENTENTIAE NOVISSIMAE SELECTAE.

Ex Congregatione Sacrarum Indulgentiarum et Reliquiarum:

— Iuxta Pontificias litteras in forma Brevis SS. D. N. Pi PP. X, die 8 mens. Martii 1904 ad hanc Congrem

niversariae dedicationis ecclesiae cathedralis civitatis. (Ex deer. d. 18 decembr. 1903).

— Tempore Missae solemnis minime licet pias cantilenas in lingua vernacula canere. (Ex deer. d. 28 Ian. 1904).

— Stante approbatione martyrii et causae martyrii signis et miraculis a Deo illustratis et confirmatis, tuto procedi potest ad solemnem Beatificatiōnē W. SS. D. Marci Crisini Canonici Strigoniensis, Stephani Pontracze, Melchioris Grodecz Sacerdotum e S. I. (Ex deer. d. 20 Febr. 1904).

— Constat de duabus miraculis, i. e. de instantanea perfectaque sanatione pueri Claudi Leonis Roussat a gravissimo morbo epileptico, ac de instantanea perfectaque sanatione adolescentiae Adelaidis Joly a tumore albo in laevo brachio a Deo patratis intercedente V. S. D. Ioanne Bapt. Vianney, Parochi vici Ars. (Ex deer. d. 20 Febr. 1904).

Ex Congregatione Studiorum:

— Doctoris laurea, quae a S. Sede per S. Congregationem Studiorum amplissimis viris concedi solet sive in Theologia, sive in Iure Canonico, nullo facto periculo, sed tantum propter eorumdem praelata merita rite probata, habet omnia iura et privilegia quae habet doctoris laurea a candidatis in catholicis Universitatibus per factum periculum aquista. (Ex deer. d. 19 Decembr. 1903).

ACTA PONTIFICIA

I.

Litterae in forma « brevis » de studio S. Thomae Aquinatis.

In praecipuis laudibus Leonis XIII fel. rec. decesis Nostri quisque aequus rerum aestimator hoc ponit, quod is, adolescentis Cleri studia ordinare convenienter temporibus aggressus, Sancti Thome Aquinatis disciplinam in primis instaurandam summa contentione curaverit. Etenim novo ingeniorum cursu commotus, quem videret genera quedam philosophandi ac de gravioribus doctrinis disputandi invadere, quae catholice veritati nequaquam congruerent, mature occurendum periculo censuit, quod inde alumnis sacrorum impenderet; eo magis quod statam rationem studiorum, Ecclesiae iudicio ac saeculorum usu probatam, animadverterat plurifariam ex cupidine recentiora consecandi defecisse. Itaque institutis praecepsisque philosophiae christianaee ac theologiae Ducem Magistrumque suum restituit Doctorem Angelicum, cuius divinum ingenium arma elaborasset ad tuendam veritatem multiplices errores haec etiam aetate profligandos perquam idonea; siquidem quae, nati ad utilitatem omnium temporum, sancti Patres Doctoresque Ecclesiae tradiderunt principia sapientiae, ea nemo Thomā aptius, colligendo ex eorum scriptis, compositus, nemo luculentius illustravit. — Haudquam tamen Pontifex bonas scientiae accessiones, quas hodierna pareret studiorum agitatio, neglexit; quin imo, ratus clericos non posse digne suum tenere locum, nisi apparatu quodam doctrinae commeatu instruerentur, idcirco eorum de gravioribus rebus institutionem opportunis eruditiois incrementis ornata voluit.

Iamvero ad fovendam, quam Encyclicis litteris Aeterni Patris indixerat, instaurationem disciplinæ Thomisticae, subinde in Urbe Roma, utpote quae catholicorū orbi hoc etiam in genere exemplo deberet esse, propriam Academiam instituit, a S. Aquinate eam nuncupans, cui propositum esset explicare, tueri, propagare doctrinam, praesertim de philosophia, Angelici Doctoris. Academiam ipsam annuis redditibus, qui satis essent ad stabilitatem eius confirmandam, munificus auxit. Eadem parem, quae ceteris vel Atheneis vel Lyceis magnis attributa esset, attribuit facultatem promovendi ad doctoris in philosophia gradum suos alumnos, qui emenso studiorum curriculo laudabile scientiae specimen sollempni pericolo dedi-

sent. Denique anno MDCCXCIV, statuta, quae Academiae ad tempus praescriperat, temperando, certas ei leges, quas diutinum experimentum commodas fore suassisset, in perpetuum dixit.

Ad nos quod attinet, quando pontificatus noster incidit in tempora, traditae a patribus sapientiae iniuria fortasse magis, quam unquam antea, omnino oportere ducimus, ut qua Decessor illustris de cultu philosophiae doctrinaeque thomisticae constituisse, ea religiosissime servanda, atque etiam in spem uberiorum fructuum provehenda euremus. Huius rei gratia, romanam a Sancto Thoma academiam, quae in ceteris id genus institutis principem sibi locum iure vindicat, ut peculiari quadam Leonis floruit, similiter Nostra posthae florere providentia volumus.

Equidem novimus, ex eo coetu sodales quam diligenter utiliterque in mandata sibi provincia versari consueverint, vel Aquinatis sententiam doctis commentariis illustrando vel eius cogitata evolvendo atque ex principio ipsis nova investigando, vel eiusdem trutina pensando recentiorum placita philosophorum: propterea gratulamur eius libenter, quod germanas philosophiae progressiones non medocriter adiuvant. Verum ne nobilissimae contentioni diuturnitas remissionem afferat, magnopere cupimus, ut voce et auctoritate nostra spiritus sumant etiam alacriores, ac tanquam renovatis auspiciis in propositum incumbant. Quae tamen cohortatio non ad hos tantummodo spectet, sed pertineat, uti debet, ad omnes quicunque in catholicis orbis terrarum scholis philosophiam tradunt; nimur curiae habeant, a via et ratione Aquinatis nunquam discedere, in eamdemque quotidie studiosius insistant. Vehementer autem universi anctores sumus, ut sollertia laboresque suos conferant maxime ad coereendam pro virili parte communem illam rationis fideique pestem, quae longe lateque serpit: neorationalismum dicimus, cuius ne perniciosos afflatus sacra praeuersum iuventus vel minimum sentiat, omni ope atque opera prvidendum est.

Ceterum statuta, bona, privilegia, iura, quae decessor noster Academiae romanae a Sancto Thoma dedit et attribuit, ea nos omnia et singula rata et firma esse volumus et iubemus: contrariis non obstantibus quibuscumque.

Datum Romae apud S. Petrum sub annulo Piscatoris die XXIII mensis Ianuarii, festo S. Raymundi de Penafort, anno MDCCCCIV, Pontificatus Nostri anno primo. — PIUS PP. X.

II.

Litterae apostolicae de academicis in Sacra Scriptura gradibus a « commissione biblica » conferendis.

PIUS PP. X
ad perpetuam rei memoriam.

Scripturæ sanctae magis magisque in Clero promovere studium, conscientia Nos Apostolici officii in primis admonet hoc tempore, quum eum maxime divinae revelationis fideique fontem videmus ab intemperantia humanae rationis passim in disserimen adduci. Id ipsum quum intelligeret Noster fel. rec. decessor Leo XIII, non satis habuit dedisse anno MDCCXCIV proprias de re biblia Encycelicas litteras *Prudentissimus Deus*; nam paucis ante exitum mensibus, editis Apostolicis litteris *Vigilantiae*, peculiare instituit ex aliquot S. R. E. Cardinalibus pluribusque aliis doctis viris urbanum Consilium, quod, praelucentis doctrina et traditione Ecclesiae, etiam progredientis eruditiois praesidia conferret ad legitimam exegesim biblicam, et simul catholicis praesto esset, tum ad adiuvanda ac dirigenda eorum in hoc genere studia, tum ad controversias, si quae inter ipsos exstisset, dirimendas.

Nos quidem, ut par est, praeclarum istud pontificalis providentiae monumentum a Decessore relietum, Nostri quoque curis et auctoritate complectimur. Quin etiam iam nunc, eiusdem Consilii seu *Commissionis* navitate confisi, ipsius operam in negotio, quod magni censemus esse momenti ad Scripturarum provehendum cultum, adhibere constituimus. Siquidem hoc volumus, certam suppeditare rationem, unde

bona paretur copia magistrorum, qui gravitate et sinceritate doctrinae commendati, in scholis catholicis divinos interpretentur Libros. Huius rei gratia permodum profecto esset, quod etiam in votis Leonis fuisse novimus. proprium quoddam in Urbe Roma condere Athenaeum, altioribus magisteriis omnique instrumento eruditiois biblicae ornatum, quo delecti undique adolescentes convenient, scientia divinorum eloquiorum singulares evasuri. At quoniam eius perficiendae rei deest in praesens Nobis, non secus a Decessori facultas, quae quidem fore ut aliquando ex catholicorum liberalitate suppetat, spem bonam certamque habemus, interea quantum ratio temporum sinit, id, harum tenore litterarum, exsequi et efficiere decrevimus.

Itaque, quod bonum salutareque sit, reique catholicæ benevertat, Apostolica auctoritate Nostra. Academicos Prolytae et Doctoris in Sacrae Scripturæ disciplina gradus instituimus, a *Commissione Biblica* conferendos ad eas leges, quae infra scriptae sunt.

I. Nemo ad Academicos in Sacra Scriptura gradus assumatur, qui non sit ex alterutro ordine Cleri sacerdos; ac praeterea nisi Doctoratus in Sacra Theologia lauream, eamque in aliqua studiorum Universitate aut Athenaeo a Sede Apostolica adprobato, sit adeptus.

II. Candidati ad gradum vel prolytæ vel doctoris in Sacra Scriptura, periculum doctrinae tum verbo tum scripto subeant: quibus autem de rebus id periculum faciendum fuerit, *Commissione Biblica* pristinum.

III. *Commissionis* erit, explorandæ candidatorum scientiae dare iudices: qui minimum quinque sint, iisque ex consultorum numero. Liceat tamen *Commissionis* id iudicium, pro prolytatu tantummodo, aliis idoneis viris aliquando delegare.

IV. Qui prolytatum in Sacra Scriptura petet, admitti ad periculum faciendum, statim ab accepta sacrae Theologie laurea, poterit: qui vero doctoratum, admitti non poterit, nisi elapsò post habitum prolytatum anno.

V. De doctrina examinanda candidati ad lauream in Sacra Scriptura, hoc nominatim cautum sit, ut candidatus certam thesim, quam ipse delegebit et *Commissione Biblica* probaverit, scribendo explicit, eamque postea in legitimo conventu Romae habendo recitatam ab impugnationibus censorum defendat.

Haec volumus, edicimus et statuimus, contrariis quibusvis non obstantibus. — Restat, ut Venerabiles Fratres Episcopi ceterique sacrorum Antistites in suae quisque dioecesis utilitatem ex hisce statutis Nostris eum fructum quaerant, quem inde Nobis uberem pollicemur. Ideo, quos in suo Clero viderint singularibus Bibliorum studiis natos aptosque, ad promerenda etiam huius disciplinæ insignia hortentur et adiuvent: insignitos porro habeant potiores quibus in Sacro Seminario Scripturarum magisterium committant.

Datum Romae apud S. Petrum, sub annulo Piscatoris die XXIII Februarii, festo S. Petri Damiani, an. MDCCCCIV, Pontificatus Nostri anno primo.

III.

Motu proprio de ecclesiae legibus in unum redigendis.

Arduum sane munus universae Ecclesiae regendae ubi primum, arcano divinae Providentiae consilio, suscepimus, praecipua Nobis mens fuit et quasi lex constituta, quantum sinerent vires, instaurare omnia in Christo. Hanc voluntatem vel primis encycelicis Litteris ad catholicorū orbis Antistites datis patefecimus; ad hanc velut metam omnes animi Nostri vires hactenus intendimus; huic principio coepta Nostra conformanda curavimus. Probe autem intelligentes ad instaurationem in Christo ecclesiasticam disciplinam conferre maxime, qua recte ordinata et florente uberrimi fructus deesse non possunt, ad ipsam singularem quadam sollicitudine studia Nostra animumque convertimus.

Evidem Apostolica Sedes sive in Oecumenicis Conciliis sive extra Concilia nunquam intermisit ecclesiasticam disciplinam optimis legibus instruere pro variis temporum conditionibus hominumque necessi-

tatibus. At legem maneat, facile guntur, nec possunt. Hoc ecclesiasticae riae sacerorum Antiquiores preciosus Gratianus canones, non m. conciliare atque tius III, Honorius Clemens V cum stinianeum opus authenticas Decrunt, quibus pos vel hodie corporis certim coalescit. novarum legum patrices Romani Benedictus XIV, novis corporis i. sacerorum canon novissime Collectarunt sacrarum narum.

Verum per hanc peritum adiunctis haud satis prosper congeries non le decursu leges pr gesta volumina, poribus, aut abrogationibus nonnullae, ob imbeciles ad exequendum morum bono min.

His incommodis urgentioris erant Decessori Nostri s. m., quorum alter *Sedis* censuras de publicatione per Constitutionem mas constituit Com simplicibus per Co At illustres Ecclesie e S. R. E. Cardin versae Ecclesiae lucido ordine dignata quae abrogata opus fuerit, ad n prius aptatis; que Antistites postulata.

Haec Nos iusta s pientes, consilium dueendi. Cuius quanta sit amplitudo certa scientia et perficienda mandata.

I. Consilium, si fieam constituim moderatio et eu S. R. E. Cardinali gnandis;

II. Huic Consilifice absente, Ca

III. Erunt pra quos Patres Card logiae peritissimis

IV. Volumus au normas opportune conspirare atque

V. Ubi fuerit e sectanda, Consult de ipsa sententia illo, cui Pontifex esse ab actis. In PP Cardinales ma denique ad Pontifex tione munienda.

Quae per has ratata et firma vo speciali aut spec obstantibus.

i gravitate et sin-
scholis catholicis
us rei gratia per-
am in votis Leonis
m in Urbe Roma
gisteris omnique
matum, quo delecti
scientia divinorum
uoniam eius per-
bis, non secus ac-
tore ut aliquando
et, spem bonam
in ratio temporum
exsequi et efficere

sit, reique catho-
tate Nostra, Aca-
Sacrae Scripturae
missione Biblica
scriptae sunt.
Scriptura Gratianum
utro ordine Cleri-
coratus in Saera
a studiorum Uni-
tolia adprobato,

lytae vel doctoris
trinae tum verbo
de rebus id pe-
sio Biblica pree-
dae candidatorum
um quinque sint,
at tamen Commis-
tantummodo, aliis

riptura petet, ad-
m ab accepta sa-
vero doctoratum,
st habitum proly-

lidi ad lauream
cautum sit, ut
ipse delegebit et
ribendo explicet,
n Romae habendo
rurum defendat.

tuimus, contrariis
at, ut Venerabiles
rum Antistites in
ex hisce statutis
uem inde Nobis
uo Clero viderint
tos aptosque, ad
insignia horten-
habeant potiores
rum magisterium

sub annulo Pisa-
a. Petri Damiani,
anno primo.

redigendis.

eclesiae regendae
identiae consilio,
fuit et quasi lex
instaurare omnia
primis encyclicis
es datis patef-
es animi Nostri
cipio copta No-
te autem intelli-
eclesiasticam di-
recte ordinata et
possunt, ad ipsam
Nostra animum

in Oecumenicis
am intermisit ec-
cous instruere pro-
num necessi-

tatibus. At leges, vel sapientissimae, si dispersae maneat, facile ignorantur ab iis qui eisdem obstrin- guntur, nec proinde, uti par est, in usum deduci possunt. Hoc ut incommodum vitaretur, atque ita ecclesiasticae disciplinae melius consultum esset, variae sacrorum canonum Collectiones confectae sunt. Antiquiores praetereunte, commemorandum hec dicimus Gratianum, qui celebri *Decreto* voluit sacros canones, non modo in unum colligere, sed inter se conciliare atque componere. Post ipsum Innocentius III, Honorius III, Gregorius IX, Bonifacius VIII, Clemens V cum Ioanne XXII, Decessores Nostri, Iustinianum opus imitati pro Iure romano, Collectiones authenticas Decretalium confecerunt ac promulgau- runt, quibus postremis tribus cum Gratiani Decreto vel hodie *corpus* quod dicitur *iuris canonici* prae- sertim coalescit. Quod quum Tridentina Synodus et novarum legum promulgatio impar reddiderint, Pontifices Romani Gregorius XIII, Xystus V, Clemens VIII, Benedictus XIV, animum adiecerunt sive adornandis novis corporis iuris canonici editionibus, sive alius sacrorum canonum Collectionibus parandis; quibus novissime Collectiones authenticae decretorum accesserunt sacrarum quarundam Congregationum romanarum.

Verum per haec si quid allatum est quo pro tem- porum adiunctis difficultates minuerentur, rei tamen haud satis prospicitur. Ipsa namque Collectionum congeries non levem difficultatem parit; saeculorum decursu leges prodire quamplurimae, in multa con- gestae volumina; non paucae, suis olim aptae tem- poribus, aut abrogatae sunt aut obsoleverunt: denique nonnullae, ob immutata temporum adiuncta, aut dif- fices ad exsequendum evaserunt, aut communi animorum bono minus utiles.

His incommode pro nonnullis iuris partibus quae urgentioris erant necessitatibus, occursero curarunt ex Decessoribus Nostris praecipue Pius IX et Leo XIII s. m., quorum alter per Constitutionem «Apostolicae Sedis» censuras coaretavit latae sententiae, alter leges de publicatione ac censura librorum temperaverit per Constitutionem «Officiorum et numerum»: et normas constituit Congregationibus religiosis cum votis simpleibus per Constitutionem «Conditae a Christo». At illustres Ecclesiae Praesules, iisque non pauci etiam e S. R. E. Cardinalibus, magnopere flagitarunt ut uni- versae Ecclesiae leges, ad haec usque tempora editae, lucido ordine digestae, in unum colligerentur, amotis inde quae abrogatae essent aut obsoletae, aliis, ubi opus fuerit, ad nostrorum temporum conditiones prius aptatis; quod idem plures in Vaticano Concilio Antistites postularunt.

Haec Nos iusta sane vota probantes ac libenter exci- pientes, consilium cepimus eamdem in rem tandem deducendi. Cuius quidem coepit quia Nos minime fugit quanta sit amplitudo et moles, idcirco motu proprio, certa scientia et matura deliberatione decernimus et perficienda mandamus quae sequuntur:

I. Consilium, sive, ut aiunt, Commissionem Ponti- ficiam constituimus, quam penes erit totius negotii moderatio et cura, eaque constabit ex nonnullis S. R. E. Cardinalibus, a Pontifice nominatim designandis;

II. Huic Consilio ipse Pontifex praeerit, et Pontifice absente, Cardinalis decanus inter adstantes;

III. Erunt praeterea iusto numero Consultores, quos Patres Cardinales e viris canonici iuris ac theologiae peritissimis eligent, Pontifice probante;

IV. Volumus autem universum episcopatum, iuxta normas opportune tradendas, in gravissimum hoc opus conspirare atque concurrere;

V. Ubi fuerit constituta ratio in huiusmodi studio sectanda, Consultores materiam parabunt suamque de ipsa sententiam in conventibus edent, praeside illo, cui Pontifex mandaverit Consili Cardinalem esse ab actis. In eorum deinde studia et sententias PP Cardinales matura deliberatione inquirent. Omnia denique ad Pontifice deferantur, legitima approba- tione munienda.

Quae per has Litteras a Nobis decreta sunt, ea- rata et firma volumus, contrariis quibusvis etiam speciali aut specialissima mentione dignis minime obstantibus.

Datum Romae apud S. Petrum XIV Cal. April. die festo S. Iosephi, Sponsi B. M. V., MDCCCV. Pontificatus nostri anno primo. — PIUS PP. X.



CERTAMEN

REI BIBLICAE CULTORIBUS PROPOSITUM.

Ad biblica studia provehenda clarissimus vir Bray generoso animo praemium ad annum in perpetuum assignavit, quo praestantior de re biblica dissertatio honestaretur, praesertim de Novo I. C. Testamento, ac de illius versione Vulgata.

Itaque ad mensem Novembrem huius anni MDCCCV Coetus seu «Commissio» ad rem biblicam constituta certamen indixit prout se- quitur:

«I. Praemium offertur omnibus alumnis Universitatum Catholicarum sicut et Alumnis Catholicis Universitatum Oxoniensis et Cantabrigiensis, modo sint (praedicti Alumni omnes) SS. Ordinibus Maioribus initiatu-

II. Dissertatio latine conseribatur oportet, Romamque mitti debet ad Commissionis consultorem ab *Actis*, r. f. David Fleming O. M. (apud Collegium S. Antonii de Urbe in *via Merulana*) circa finem mens. Novemb. an. MDCCCV.

III. Dissertationis argumentum erit:

Exponantur et excutiantur praecipuae dis- crepantiae inter textum gracium et veteres versiones latinas, praesertim Vulgatam, Evangelii S. Marci.

Qui VOX URBIS commentarii socios magno cum animi gaudio in publicis certaminibus praemiis aut magna laude ornatos pluries vi- dimus, fore confidimus ut nova hac occasione data eos praeter omnes valuisse noscamus.

DIARIUM VATICANUM.

(Die xxii mens. Febr. — d. xx mens. Aprilis MDCCCV.)

Coram SSmo admissiones.

Inter clarios viros apud Pontificem admissos, peculiari nota digni sunt, iuxta admissionis diem: Isabella ex principibus Brigantiniis, comitissa de Eu una cum excō viro Aloisio Philippo Gastone de Eu atque filii Petro de Alcantara et Aloisio Philippo; manus catholicorum Vindoboniensium a Braneiss doctore adducti; Atrebatenenses peregrini cum eorum episcopo Alafrido Villiez; D'Eichthal dyna- sta; Belgae peregrini a Comite de Ursel, ex cubiculi- lariis pontificis ab ense et clamyde, adducti; Conguis Saer. Indulgentiarum et Reliquiarum accensi; Medolago Albani comes, sociali rei provehendae praepositus apud coetum qui de Congressibus Catholicis nuncupatur; excō vir David Iacobus Kill, legatus extraordinarius atque administer generalis Civitatum Foederatarum Americae Septentrionalis; Emmanuel Reyes imperator, residens electus Columbianae civitatis; Henrica e principibus de Liechtenstein eiusque liberi; Eduardus princeps de Auersperg; Königsegg comes eiusque familia; princeps de Windischgraetz; coetus ad sollemnia statuenda centenariae commemorationis S. Gregorii I PP. cognomine Magni; Camillus Massimo, princeps Urbanus; Nicolaus de Fonton, olim Russorum minister apud Lusitanos; Germanici coetus rei catholicae curandae praesides; Philippus Aurelianensis, Alineonii dux; denique, ob Sanetissimi nominalem diem, sacer Purpuratorum se-

natus, cui Pontifex orationem habet, valde dolens rationem Gallici gubernii erga catholicam rem. Praeterea pontificiae militiae rectores, atque Sodalitatis Petrianae ex catholica Italorum iuventute moderatores, de antiquo more canistrum ex floribus fructibusque Ei offerens.

Post diem autem xix mens. Martii:

Coetus ad monumentum in honorem Leonis PP. XIII ab operariis totius orbis superiore die apud Lateranensem basilicam erexit; excō Comes de Bardi, eiusque uxoris; Franciscus Pavacic pictor; Mexicanus peregrini ab excō viro Iosepho Fernandez Berragon, episcopo Hiloen, adducti; manus discipulorum Friburgensis athenaei; Droste Vischering comes una cum coetu catholicorum conventum apud Germanos; coetus catholicorum medicorum in Urbe constitutus; Guillaume eques torquatus, Gallicae Academiae in Urbe praeses; peregrinorum manus Montis Pessulan; Maria Carolina Hay de Bontville comitissa; nobilis vir Deubingh cum manu Anglicae sodalitatis cui nomen a Catholicorum Unione; Rink antistes, largitionum praefectus apud excō virum Leopuldum Principem de Hohenzollern; Hermannus de Merode comes eiusque filius; excō vir Nicolaus Casas, Columbianae civitatis prolegatus; Constantinus Goubastow. Russorum minister apud apostolicam Sedem suo peculiari munere functus; Daniel Garcia-Mausilla, Argentinæ reipublicæ prolegatus; Hispani peregrini ex dioecesi Palentina; Hungari peregrini ab excō viro Alexandre Dessenffy, episcope Csanadien, coram adducti; Gallici peregrini ex dioecesi Ambianensi: denique peregrini Belgae, atque ex nordica et media Italia.

Pontificiae electiones.

Excō viri Aristides Cavallari, episcopus tit. Philadelphien, Venetorum patriarcha; Celestinus Endrici, episcopus Tridentinus; Philippus Camassei, antistes Urbanus, rector Urbani collegii de Propaganda fide, archiepiscopus Naxien.; Alfridus Peri-Morosini episcopus Arcen. et Apostolicus Visitator Helvetiorum pagi, cui ex Ticino nomen; Hyacinthus Longhin, episcopus Tarvisinus renunciantur.

Rīmus vir Alphonsus Corrado Protonotarius Apostolicus diecit ad instar participantium.

Rīmus vir Aloisius Martini in consilium Principis allegitur ad causas rer. iudic. dirimendas.

Inter Urbanos antistes adnumerantur rīni viri Antoninus Marini, Angelus Sibilia, Aemidius Trenta, Petrus Feltrinelli, Iosephus Aversa, Commer et Glover doctores, Dominicus Marino, Paulus Tartaglia.

Rīmus vir Franciscus Rossi Steckalper a secretis Vindobonensis Apostolicæ legationis creatur.

Rīmus p. Elias Coccia ex Ord. Carmelitarum antiquioris observantiae in consilium refertur Saer. Rit. Congis.

Rīmus vir Antonius Rella, doctor Gregoriani can- tus in Xystino sacrario eligitur.

Ad «Commissionem» constituendam de Ecclesiae legibus in unum redigendis vocantur enī Purpurati Patres Seraphinus Vannutelli, Antonius Agliardi, Vincentius Vannutelli, Franciscus Satolli, Marianus Rampolla del Tindaro, Hieronymus M. Gotti, Dominicus Ferrata, Franciscus de Paula Cassetta, Franciscus Desideratus Mathieu, Casimirus Gennari, Beniaminus Cavicchioni, Raphael Merry del Val, Andreas Steinhuber, Franciscus Segna, Iosephus Calasanctius Vives y Tuto, Felix Cavagnis. Praeterea excō vir Petrus Gasparri archiepiscopus Caesarien. a secre- tis dicitur.

Consultores autem Commissionis eiusdem a Pontifice electi sunt rīni viri Ioannes Befani, Claudius Benedetti C. SS. R., Hermes Binzecher, Ianuarius Buceroni S. I., Aloisius Budini, Petrus Checchi, Ioan. Baptista Costa, Pius da Langogne O. C., Cajetanus De Lai, Marianus De Luca S. I., Ioannes De Montel, Alphonsus Eschbach, Thomas Esser O. P., Vincentius Fernandez O. E. S. A., Orestes Giorgi, Philippus Giustini, Laurentius Janssens O. S. B., Maurus Kaiser O. P., Bernardinus Klumper O. M. S. F., Iosephus Latini, Michael Lega, Alexius Lepicer O. S. B. M. V., Albertus Lepidi O. P., Carolus Lombardi, Evaristus Lucidi, Ioan. Baptista Lugari, Dominicus

Mannaioli, Benedictus Melata, Iosephus Nervegna, Iosephus Noval O. P., Benedictus Oietti S. I., Dominicus Palmieri S. I., Henricus M. Pezzani, Albertus Pillet, Basilius Pompili, Guilelmus Sebastianelli, Augustus Sili, Petrus Valenzuela O. M., Guilelmus Van Rossum C. SS. R., Aloisius Vecchia, Franciscus Xaverius Wenz S. I.; denique clarissimus vir Balthusar Capogrossi Guarna comes.

Varia.

Die vi mens. April. SS. D. N. Pius PP. X aurea corona redimit Deiparae a Misericordia imaginem, quam Sodalitas a SSmo Sacramento ad S. Eustachii de Urbe in suo oratorio servat.

Die x Romae incipit Apostolica visitatio a Summo Pontifice indicta per litteras sub die iii Id. Febr. an. MDCCCCIV.

Die xi ad centenariam commemorationem Gregorii PP. I cognomine Magni celebrandam Pius PP. X sacra sollemnia peragit in Vaticana Basilica.

Die xvi in aula « regia » aedium Vaticaninarum canuntur eorum Pontifice eiusque aulicis omnibus nova Laurentii Perosi musicae opera *Stabat Mater, Universale Iudicium*.

Die xvii in Consistoriali aula Pontifex decernit tuto procedi posse ad beatificationem V. S. D. Io. Bapt. Vianney, parochi vice Ars; de miraculis a Deo patratis intercedente B. Alexandro Sauli episcopo Papiensi; deque martyrio et causa martyrii VV. SS. D. Francisci Gil de Federich, Mathaei Alonzi Leniziana, Hyacinthi Castaneda, Vincentii Liem a Pace O. P. atque Agathangeli et Cassiani, Ordinis Minorum S. Francisci Capulat., in odium Fidei interemptorum.

Vita functi viri clariores.

Die xv mens. Aprilis Panormi Petrus Hieremias Michael Angelus Celesia Purpuratus Pater, Panormitanae ecclesiae archiepiscopus, ex Ordine S. Benedicti Casinensi, Panormi nat. d. XIIII mens. Ian. MDCCXIV.

Die XVIII Constantinopoli, repentina morbo corruptus, Paulus Petrus XI Emanuelian, Armenianorum Catholicorum Patriarcha, Telermen in Mesopotamia natus die XVII mens. Ianuarii an. MDCCXXIX.

ANNALES.

Iaponicum bellum.

Iaponici belli vices procul dubio in mensura hae eventuum recensione prima tenent. Dum enim portus Arthuri obsessionis conatibus infructuosis animi assuefiunt anxiisque terrestrium proeliorum proxime ineundorum exitus unice exspectant, ecce gravissima Russorum iactura nunciatur, praetoriam scilicet navem *Petropavlovsk*, - hostium dolo an adverso casu incertum, - subaqueo tormento bellico percussam, cum magno suorum propugnatorum numero ipsoque Makaroff praefecto submersam fuisse, vixque ex ruina Cyrilum, regalem principem, panicosque milites vitam servasse. Quid inde? Iaponis erectus animus, Russi ad ultimationem magis incitati... Oh! adveniat undilibet pacis vox placidaque intermissione, si Illius, qui pacis vere est caeli procurator in terris, in ea conditione versetur, ut eam proponere nunc saltem minime queat.

Regalia itinera, pacis foedera.

Si enim omni tempore ipsa desiderabilis est, eo optabilior his diebus videtur, quum ad pacem conservandam omnes prope civitatum reatores maxime satagunt. En Guilelmus Germanorum Caesar Italica litora invisit, arctiusque

amicitiae vincula populari aura confirmat; en Alfonsus, Hispanici regni sui provincias turbolentes peragrat, quasi pignus dilectionis et curae in universum populum sibi a Deo commissum; neque ab incoepo abstinent domestici luctus, ut Isabellae reginae, paternae aviae, mors, neque stultorum quorundam facinora, quorum unus amenti consilio vitam Maurae, administratorum collegii praesidis, stricto pugione petit, neque tamen nefarium scelus admittere fauste potuit. Praeterea ut pacis triumphi recolendi sunt et Italici Austrorumque ad exteros administratorum conventus Abatiae his diebus habitus; foedus inter Anglos et Gallos circa colonias Londini sanctum; denique Gallie praesidis Loubet ad Italorum regem visitatio. Quam quidem si omnibus catholicis per dolendum est in Urbe evenisse, ita ut nova in Pontificem iniuria recte habenda fuerit, aliis, nec iisdem paneis, adiungenda a Gallica republica sanctissimo patri impie recens allatis, non tamen negari potest ad communiquidam fraternitatem populorum esse factam, quibus unum, latinum, genus originem dedit. Liceat igitur heic omen extollere, ut gentes antiqua necessitudine iterum sociatae, absurdis odiis remotis insanaque superbia vieta, ad ignem illum, qui vestigium unicum et lumen magnitudinis antiquae, semperiteraque caritatis perenne exstat monumentum, sese convertant, bonaque fide cum ipso in gratiam redeant. Hac enim ratione una gloria latini nominis per orbem iterum firmiterque insonabit.

Balcanica quies.

Quos, novo superveniente vere, in Balcanicis montibus et provinciis, tumultus passim timebant, Turcarum Christianorumque iris motos, ita tacita ex concordia gentium omnium et legatorum cohibiti videntur. Turcae enim atque Bulgari in unam eamdemque quietis sententiam cessisse nunciantur, quibus consiliis et Serbi accessisse dicuntur. De vigilibus cooptandis atque distribuendis disceptatio adhuc est gravis, neque De Georgiis illi Italo duci componere rem omnino datum est. Verum, si reapse Bulgari et Turcae sponsiones latas adimplerint, si intercessio legatorum satis valuerit, ut certa lege vigiles illi cooptentur, de pace iterum componenda desperandum iam non erit. Ceterum Austri praelestrem multa arma multasque copias ad Thessalonicensium fines contulere, ut parati ad omnia essent; quorum profecto cautelae non sine magna vi ad cohimbendos seditionis conatus et compescendos bellicos furores esse apparuerunt.

Uruguayana sedatio composita.

Uruguayanam quoque seditionem pecuniae vel armorum defectu confectam non sine laetitia vidimus; parum enim abfuit quin res publica multo aere alieno obruta, additis hisce seditionis detrimentis, omnino pessum daretur et cadet. Natam autem novissime res publica Panamensem, post reliquos populos, tum Chileni, tum Argentini optimo veluti iure ortam recognoverunt.

PUBLICI PER ORBEM COETUS

LEGIBUS FERENDIS.

In Argentina republica legatorum populi latis suffragiis electio ubique peracta: plerique legati rem publicam gerentibus faventes electi sunt, et adversa factio late oppugnata.

In Gallia Combesii res gestas et ad secleras eius Millerandus, ex socialistarum factione, acerrime improbat: ad suffragia cum ventum fuerit, administrorum fortuna vix incolumis evasit.

In Germania, Bülowius imperii cancellarius disertissimam orationem contra anarchistas et socialistas habuit, data occasione a quibusdam ex iis, qui seditiones litteras ex Borussia in Russos miserant. — Lata autem est tandem lex qua sacerdotibus e Societate Iesu permanere in Germanorum civitate permittitur.

In Hungaria, ut consuevit, obstruit (hanc enim vocem induxerunt) disceptatio non sine magno reipublicae detimento: rogatio idcirco ad tutandam disceptationum libertatem ab administris paratur.

In Italia rogatio oblata de ferialium dierum quiete pluribus suffragiis reiecta est; modo de sumptibus publicis disceptatum; deinde feriae ad tempus indictae.

In Hispania de sumptibus in rem militarem erogandis acerrime est disputatum; at tandem sancitum ut Iberiae quoque genti satis firmus exercitus paretur, et classis digna Hispano nomine instauretur.

DE ARTIUM RECENSIONE MARIANA
IN URBE HABENDA.

A coetu artium recensioni Marianae praeposito has litteras accepimus ad omnes totius Orbis Archiepiscopos missas, quas eidem coetu morem gerentes libenter edimus:

« *Illi me ac Revi me Domine,*

Noverit Amplitudo Tua initum consilium expositionis artium ac Religionis in hac alma Urbe habendae ad Conventum Marianum illustrandum, qui occasione anni quinquagesimi ex quo Immaculatae Conceptionis dogma definitum fuit Romae item habebitur. Quod quidem consilium, quum Purpurati Patres solemnis hisce Marianis praepositi ratum habuerint, hoc nobis in mandatis est, ut operam nostram ad rem exequendam navem.

Liceat igitur nobis, Coetum Urbanum constituentibus ad ipsam expositionem ordinandam specialiter delegatum, eiusdem prospectum ad Amplitudinem Tuam mittere, ac simul enixis precibus petere ut auctoritate Tua consilioque nos benigne adiuvare digneris. Ut vero expeditius atque actuosius, quo fieri potest, ubique terrarum opus absolvatur, opportunum visum est, ut in unaquaque ecclesiastica provincia Exemus Archiepiscopos trium saltem virorum collegium constitueret, quorum erit:

1. *Prospectum dietae Marianae expositionis* late, per diaria publica praecipue, diffundere; atque excitare fideles, ut si quae sint, res arte excellentiores Romam mittere velint;

2. Coetui huic Romano significare utrum in provincia nec ne sint huiusmodi res, quae opportune in expositione collocari valeant, ad tramites prospectus atque regularum a iudicium collegio (vulgo *Giury*) ex museorum tablinis

rumque pontificie datarum;

3. Ad eos quae schedulam admisit quidem schedula hic noster, statim constitutione con-

4. Curare ut ratione colligentur sumptibus earum.

5. Ad *Urbanum* quas colligere oppositionis impensas.

Hisce opportunitate alaeriter illata Deiparam Virgine felicem exitum p-

Quae A. T. signatae ac pietati innixi, latam Amplitudem confidimus ut nobis auxilium praebere inter rem ap-

Interim sacram lantes propitiumq; Amplitudini Tuae professi, suscribimus.

I. R.
PIUS

PER
Quum reens Roma tuerit, ubi Domini signum olim eminebat sauros in lucem venientem ungulis eques tentum civibus mirabilenum, plura de saxis auriferis referta sertim maximum valuit diligenter perves formam rubri coloris argilla effictum, alterum quintum ansata brachium autem situ illud profectum versus sacrae portae, sive Maximus Porta, Saxa autem illa aureaminent expectamus, generis aurum illud f-

Antiquas vero hastas tunica investigamus, adrant. Neo Eboraci instrumentum, in quinta simis per orbem illustrissimis quinquaginta ad aedificium quumque ad nonas iopum pervenisset, babones repente lignariae derant, concussae sunt, altitudine decidentes tibus oppressi: enecas dicuntur, vulnera vi-

Hisce perfidae fortitudine cedunt. In Gallica eadem vobis mons, Comoro que ignos triplices evadit, currit flumen flammam

BEM COETUS

RENDIS.

legatorum populi latis eracta: plerique legati ntes electi sunt, et ad gestas et adseelas eius factio, acerrime im- tnum fuerit, administro- vasit.

imperii cancellarius di- anarchistas et sociali- quibusdam ex iis, qui ia in Russos miserant. lex qua sacerdotibus e Germanorum civitate

it, obstruitur (hanc enim o non sine magno re- o ideireo ad tutandam o administris paratur.

a de ferialium dierum iecta est; modo de sum- deinde feriae ad tempus

is in rem militarem ero- at tandem sanc- tatis firmus exercitus pano nomine instauretur.

SIONE MARIANA ABENDA.

sioni Marianae prae- acceperimus ad omnes os missas, quas eidem libenter edimus:

e Domine,

ua initum consilium eligionis in hac alma entum Marianum illu- anni quinquagesimi ceptionis dogma defi- bebitur. Quod quidem Patres solemnibus ratum habuerint, hoc t operam nostram ad us.

coetum Urbanum con- positionem ordinandam isdem prospectum ad- tere, ac simul enixi- tate Tua consilioque gneris. Ut vero expe- to fieri potest, ubique r, opportunum visum eclesiastica provincia riun saltem virorum torum erit:

Marianae expositionis praecipue, diffundere; si quae sint, res arte ttero velint;

o significare utrum in usmodi res, quae op- collocari valeant, ad regularum a iudicium museorum tablino-

rumque pontificiorum moderatoribus constituto, datarum;

3. Ad eos qui expositioni participare velint schedulam admissionis quaerendac mittere: quas quidem schedulas suppeditabit *Urbanus Coetus* hic noster, statim ac de provincialis collegii constitutione constabit;

4. Curare ut res expositioni destinatae ea ratione colligentur, ut commodius ac levioribus sumptibus earum expeditio fiat;

5. Ad *Urbanum Coetum* oblationes mittere, quas colligere opportunum erit, ad graves expositionis impensas sustinendas.

Hisce opportune constitutis, facile profecto erit alacriter illa fieri, quibus novum hoc in Deiparam Virginem obsequii testimonium ad felicem exitum perduci possit.

Quae A. T. significare audemus, devotioni ac pietati innixi, qua erga Deiparam Immaculatam Amplitudo Tua flagrat; quin immo fore confidimus ut nobis ipsa Amplitudo Tua omne auxilium praebere velit; postquam nomina virorum ad reu aptorum significaverit.

Interim sacrum annulum humillime deosculantes propitiumque efflagitantes responsum, Amplitudini Tuae sensus maximae reverentiae professi, suseribimus

Addictissimi

I. RADINI TEDESCHI, a Secretis.
PIUS FOLCHI, Praeses. »

PER ORBEM.

QUUM recens Romani fori inter ruinas locus inno- tuerit, ubi Domitiani Caesaris ingens equestre signum olim eminebat, mirum fuit effessoribus thesauros in lucem venisse. Quia in terra enim Rhenum flumen ungulis equestribus calcatum iaceatur, portentum civibus mirabile, perenne victoriarum monumentum, plura defixa humi vasa reperta sunt, saxis auriferis referta, quorum nonnulla, quae praesertim maximum vas continebat, operae pretium fuit diligenter pervestigare. Ecce alterum in urei formam rubri coloris inflatum, alterum nigriore ex argilla effectum, alterum vix poculi formam praebens; quintum ansata brachia portendens. Ex vasorum autem situ illud profecto eminuit a quadam orientem versus saerante monumentum, sive ipse Imperator, sive Maximus Pontifex fuerit, ea fuisse posita. Saxa autem illa aurea ut diligenter rei periti examinent expectamus, quo plane innotescat cuiusnam generis aurum illud fuerit, et ubi excavatum.

Antiquas vero has memorias, dum propitia for- tuma investigamus, adversa alibi novae ruinae pa- riant. Neo Eboraci id contigit maxime ingens de- trimentum, in quinta illa via a tot Croesis disti- simis per orbem illustrata. Ibi quum opifices paene quinquaginta ad aedes exstruendas adlaborarent, quumque ad nonae iam contignationis altitudinem opus pervenisset, babelico conatu dignum, trabatio- nes repente lignar:aeque caveae, quas illi conser- derant, concussae sunt, eorumque complurimi tanta ex altitudine decidentes sunt fracti, alii axibus caden- tibus oppressi: enecati ex nunciis decem in clade dicuntur, vulnerati viginti quinque.

Hisce perfidae fortunae insidiis Vulcani irae accedunt. In Gallia colonia ad Indos Mayotte igni- vomus mons, Comoro in insula, iterum arsit; iam que ignos triplices evomit fluctus, ac tripartitum de- currit flumen flammarum in valles. Plurimi ex in-

colis vi torrentis extincti audiuntur; etsi plerique tanti discribinis incuriosi consueta vice vivere au- diantur.



Quae tamen imitari velle pro posse videntur homines. Gravissimae enim tum Kiewio ex urbe, tum Athenis obortae seditiones nunciantur, utraque in urbe Hebraeorum causa motae. Iuvenes in athenaeo studiis operam dantes ex Israelitica stirpe omnes tumultuaria manu Kiewii convenere, atque ceter- vatim per vias discurrentes hymnos seditionis re- cinere elata voce cooperunt, seditionasque chartulas distribuere. Vigiles cum adventassent armis instructi multos detruserunt in vineula, multos brevi disperserunt. Athenis rei argumentum praebuit crimen quoddam Volo in oppido ab Hebraeo homine admissum. Eam ob causam multitudo domum homicidae iam iam aggrediebatur, quam vix tueri armis mil- litibus datum est. Igitur Hebraeorum cauponas claudi necesse fuit, eorumque domus militari manu custodiri.



Pacis contra triumphum, eumque insignem et perennem Americani latino genere populi clarissimi duo tandem aliquando felicissime concelebrarunt in Christo. Nam in vertice Andarum montium altissimo, qui Chilenses ab Argentinos distinguunt, Christi Regis atque Redemptoris nostri simulacrum ingerunt possumt est, atque sollemnem pompa detectum. Magistratus ducesque ex utraque gente ritui adfuerunt; utramque enim terram Christus Rex inde dominatur et protegit; Roca atque Riesco, utriusque reipublicae praesides, ad invicem fraternalis epistolam miserunt. Profecto de instauranda in America latini nominis fortuna nullum poterat maius esse auspicium, quam quod hodie utrique populo benedicit.

AENIGMATA

a FR. PALATA proposita.

I.

Sub crusta latitans soleo procedere tarde,
Rho mihi subiectas; tibi ius sorbere ministro.

II.

Flumine perpetuo me sanguinis irrigat unda.
Inseritur mihi rho? Servili munere fungor.

Ex sociis, qui utriusque aegnimatis interpretationem ad Commentarii moderatorem miserint intra duos menses, unus, sortitus, gratis accipiet

JOSEPHI ROMEO
AD PIUM X PONT. MAX.
OB SOLEMNIA NOMINIS
ELEGIAM.

Aenigmata an. VII, n. I proposita his respondent:

1) Pecus, Specus; 2) Pes, Spes.

Ea rite soluta miserunt:
Ios. Questo, *Sostego ad Vercellias*. — I. B. Pesenti, *Cetana*, — G. Ferbers, *Asperden in Germania*, — Senior Astenis. — Ferd. Ferrari, *Guastalla*. — Guili Schenz, *Ratisbona*. — Ant. Tafani, *Florentia*. — Aem. Gschwind, *Praga*. — I. Giambonini, *Poteggio*. — Coll. Schol. Piar *Stelae*. — Hect. Landi, *Turrita*. — Fel. Dacomo, *Alba*. — Ioan. Scopula, Henr. Tallo, *Neapol.* — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Zivirzina par., *Lohnau*. — Cam. Straschill, O. F. M. *Villaco*. — Fr. Zic, *Panat*. — Ant. Allaria; Dom. Nizia, *Augusta Taurin*. — S. Mercky, *Bellomagny*. — Rich. Malotta S. I., *Neo-Saudetia*. — Mich. Hago, *Massighofen*. — Iac. Bertran, *Figuera*. — Seminarium Vicense. — Ios. Czudek S. I., *Brozow*. — Am. Robert, *Marievitte*. — R. D. R. Beaton, *Nova Scotia*. — Fr. Szymanski, *Niestronno*. — Civis Romanus, *Bremerhaven*. — Aug. Paul, *Brasovia*. — Aug. Robèrge, *Chicotino*. — Alois. Berth, *Montboron*. — Ioan. Cantono Ceva marchio, *Vercellis*. — Andr. Pápay, *Pruzzina*. — A. Dúeíl, *Ay Champagne*. — Fr. Skiba, *Striegau*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — Fr. X. Lang, *S. Martino*. — Prince Gordon, *Mancunio*. — Honorius a Treppio O. F. M., *Figtine*. — Petr.

Garrone, *Pezzana ad Vercellas*. — M. Vidal, *Patma in insula Maiorica*. — Ioan. Galbiati, *Carugo*. — I. Pages, *Penang*. — M. Galdi, *Cara*. — H. Gini, *Aquis Taurinis*. — Ad. Rezza, *Urbevetere*. — Th. Ries, *Stamsried*. — Fr. Bel lovitz, *Zárday*. — Ios. Hiergeist, *Mengkofen*. — Ioan. Kosir, *Otoke*. — I. Hourt, *Gossetingen*. — I. Wawer C. SS. R., *Vaals*. — R. Skiba, *Brestau*. — I. B. Mosettig, *Crautio*. — F. Arnori, *Mediotano*. — Ant. Mnikenhrabl, *Viener-Neudorf*. — Hier. de la Hoz, *Santander*. — P. A. Hilger, *Roma*. — Elis. Sanchez Paredes, *Hinoyosa Dueis*.

Sortitus est praemium:

ANTONIUS ADV. TAFANI,

ad quem missum est PETRI ANGELINI opus, cui titulus:
DE POETIS ET NUMERIS LATINIS.

Aenigmata an. VII, n. II proposita his respondent:

1) Sanguis; 2) S-lex.

Ea rite soluta miserunt:

Koch par., *Bucholtz*. — Ant. Tafani, *Florentia*. — Iac. Mezzini, *Bitonto*. — Fr. Szymanski, *Niestronno*. — Civis Romanus, *Bremerhaven*. — P. Vnek S. I., *Lacopane*. — F. R.; P. A. Hilger, *Roma*. — Aug. Paul, *Brasovia*. — Zevirzina par., *Lohnau*. — I. Boralevi, *Liburno*. — Aem. Gschwind S. P., *Praga*. — G. Febers, *Asperden*. — D. Le Provost, *Briocen*. — Alois. Berth, *Montboron*. — Alois. Frydek, *Regina Gradei*. — Ioan. Cantono Ceva marchio, *Vercellis*. — Andr. Pápay, *Pruzzina*. — Ios. Nowosadko, *Sejny*. — Ferd. Ferrari, *Guastalla*. — Guil. Schenz, *Ratisbona*. — Cam. Straschill O. F. M., *Villaco*. — I. B. Pesenti, *Cetana*. — Car. Stegmüller, *Sabaria*. — Alois. Cappelli, *Senis*. — S. Mercky, *Bellomagny*. — Rich. Malotta S. I., *Neo-Saudetia*. — Fr. Xav. Lang, *S. Martino*. — Prince Gordon, *Mancunio*. — Roemer par., *Keyenberg*. — Pasch. La Spina, *Iaca Regali*. — Senior Astenis. — Ab. Ballerini, *Novocomo*. — P. Garrone, *Pezzana ad Vercellas*. — M. Vidal, *Patma in insula Maiorica*. — Fel. Dacomo, *Alba*. — St. Lawinski, *Niemystow*. — Ad. Skrypkowski, *Swinice*. — Ios. Lox, *Masson*. — Max. Kohlsdorfer S. I., *Chykow*. — H. Gini, *Aquis Taurinis*. — Aug. Seribana, *Buzau*. — Ios. Siekierzynski, *Varsovie*. — Ad. Rezza, *Urbevetere*. — Th. Ries, *Stamsried*. — Henr. Chie- richetti, *Serivo*. — Ioan. Kosir, *Otoke*. — Am. Robert, *Marievitte*. — Lad. Podobinski, *Cracovia*. — Ios. Vawer C. SS. R., *Vaals*. — Freitag vicarius, *Niederneienigen*. — Coll. Schol. Piar, *Stelae*. — R. Skiba, *Brestau*. — I. B. Mo- seitig, *Crautio*. — Dom. Nizia, *Augusta Taurin*. — Alex. P. Gest, *Lambertville*. — Seminarium Vicense. — R. Bon-Hansen O. S. B., *Isabel*. — Ioan. Galbiati; F. Arnori, *Mediotano*. — Ant. Mnikenhrabl, *Viener-Neudorf*. — Hier. de la Hoz, *Santander*. — Elis. Sanchez Paredes, *Hinoyosa Dueis*. — R. Beaton, *Nova Scotia*. — Iac. Bertran, *Figuera*. — D. Pettit, *Drumondra*. — I. Pages, *Penang*. — Ios. Hier- geist, *Martinsbuch*. — C. Cerasoli, *Isernia*.

Sortitus est praemium:

ANDREAS PAPAY.

ad quem missa est I. B. FRANCESIA comoedia, cui titulus:

SATURIO.

LIBRI RECENS DONO ACCEPTI.

— *Donde vengono i Monaci?* Studio storico del R. P. DOM BESSE, Benedettino dell'Abbazia di Ligugé. Traduzione italiana sulla 2^a edizione francese. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et soc., 1904. — (Ven. lib. 0,60).

— *Il movimento femminista.* Le sue cause — Il suo avvenire — Soluzione cristiana per la C. ^{ma} MARIA DI VILLERMONT. — Ibidem. — (Ven. lib. 1,20).

— FRANCESCO LANZONI. *Vita di Mons. Paolo Ta- roni*, direttore spirituale del Venerabile Seminario di Faenza, con una raccolta di sue poesie. — 3^a edizione — Faventiae ed. Novelli et Castellani, 1904.

— JOSEPHUS ROMEO. *Ad Pium X Pont. Max.* ob solemnia nominis, elegia — (Rhegii Iulii) — Catona, 1904.

— FERNANDO BRUNETIERE. *I motivi di sperare.* Discorso. — Romae edid. Desclée, Lefebvre et Soc., 1904. — (Ven. lib. 0,60).

EPISTOLARUM COMMERCII.

CIVI ROMANO, Bremerhaven. — Mauri Ricci *Varia Latinitas* (e voluminibus ab ipso editis no- num) prodit an. 1879 Florentiae ex taberna libra- ria P. N. Chiesi, in via Martelli 8. Ven. lib. 3.

Sponsor: IOANNES BAPTISTA CIAMPI, iurisperitus.

ROMAE — Ex officina *Pacis* Phil. Cuggiani.

PROSPECTUS SUBNOTATIONIS
Comm. VOX URBIS in an. MDCCCCIV.

Pretium subnotationis est in Italia Libell. 4,80; ubi-
que extra Italianam Libell. 6,25; Doll. 1,25; Sch. 5; March. 5;
Rubl. 3; Coron. 6,25 *recto tramite* mittendum ad

ARISTIDEM LEONORI EQUITEM
COMMENTARII "VOX URBIS,, POSSESSOREM ET ADMINISTRATOREM,
ROMAM, via Alessandrina, 87.

PRAEMIA SOCIIS CONSTITUTA

ad libitum:

- a) Tabula metr. $0,45 \times 0,22$ Pontificiae dominationis au-
spicationem referens a Pio PP. IX an. MDCCCXLVI
peractam, et in Commentarii "Vox Urbis,, commo-
dum unice ex antiqua tabula desumpta; *sive*
- b) Collectio chartularum electissimarum, quae distincta
coloribus praecipua Romae, aut eius vicina red-
dunt; *sive*
- c) Urbis et Ianiculo monte prospectus. (Tabula aere cusa
metr. $1,10 \times 0,24$)

Donum, quod voluerit, quisque subnotans petet
primum intra mensem ab eius subnotatione et cum
ipso subnotationis pretio.